AKTA

GRODZKIE I ZIEMSKIE.

AKTA
GRODZKIE I ZIEMSKIE

Z CZASÓW RZECZYPOSPOLITEJ POLSKIEJ

z Archiwum tak zwanego bernardyńskiego we Lwowie

W SKUTEK FUNDACYI

śp. Aleksandra hr. Stadnickiego

WYDANE STARANIEM

GALICYJSKIEGO WYDZIAŁU KRAJOWEGO.

6

TOM VI.

WE LWOWIE.

GŁÓWNY SKŁAD W KSIĘGARNI SEYFARTHA I CZAJKOWSKIEGO

Z DRUKARNI NARODOWEJ W. MANIECKIEGO.

1 8 7 6.

PRZEDMOWA.

Co do sposobu opracowania podanych tutaj materyałów w niczem się nie różni ten tom od poprzedniego. Trzymano się zupełnie tych samych zasad tak w texcie jak w dołączonych indexach. Niemamy zatem pod tym względem nic do dodania.

Z dokumentów odnoszących się do historyi miasta Lwowa zawiera tom ten bogaty szereg wyłącznie prawie od r. 1458 do r. 1480. W nich znajdzie czytelnik — sądzimy — bogaty materyał wyjaśniający stosunki Lwowa i Rusi w tych latach. Prócz tego mieszczą się tutaj przedewszystkiem materyały, odnoszące się do historyi miasta Przemyśla. Oryginały tych przywilejów znajdują się w archiwie miejskiem w Przemyślu i niektórych archiwach cechowych tegoż miasta. Ustawy cechowe, tutaj podane, zawierają wcale ciekawy materyał do historyi wewnętrznych stosunków miast dawnego województwa ruskiego.

Niemniej ważny od nich jest umieszczony tutaj szereg dokumentów, odnoszących się do historyi słynnego w dziejach Rzeczypospolitej rodu Melsztyńskich i należącej do niego Samborszczyzny, a najciekawszym z pomiędzy nich pewno memoryał (nr. CXLVI), który w r. 1496 złożył jakiś niewymieniony z nazwiska znawca prawa jednemu z rodu Melsztyńskich na zapytanie jego, czyby na podstawie załączonych dokumentów Melsztyńscy mogli wytoczyć przed królem proces o zwrot Samborszczyzny.

Mówiąc o ciekawych dokumentach tego tomu, nie od rzeczy będzie, jeźli wreszcie zwrócimy uwagę czytelników także na dokument nr. CV. z 30. Maja 1472 r.,

w którym Kazimierz Jagiellończyk ustanawia dwa jarmarki we Lwowie, jeden na św. Trójcę, drugi na św. Agnieszkę, a zarazem wydaje szczegółowe przepisy jarmarków tych dotyczące. Przywilej ten — sądzimy — ma wielką doniosłość jako materyal do historyi handlu w dawnej Rzeczypospolitej polskiej.

We Lwowie w Czerwcu 1876 r.

W IMIENIU WYDAWNICTWA:

Oktaw Pietruski. *Dr. Xawery Liske.*

Dyplomataryusz.

I.

W Gródku 15. Sierpnia 1386 r.

Andrzej, starosta ruski, z upoważnienia Władysława księcia opolskiego nadaje katolickim szewcom przemyskim te prawa, których używają szewcy lwowscy pod warunkiem, że z każdego ze swych straganów opłacać będą rocznie po jednym fertonie lub razem cztery grzywny do kasy księcia Władysława.

Nos Andreas, capitaneus regni Russie, notum facimus universis, presentibus scilicet et futuris, presentem nostram paginam inspecturis, quod de gracia Illustris principis domini Ladislai ducis Opoliensis, Welunensis et Russie, domini nostri graciosi, cupientes conditionem Premisl civitatis in melius reformare, immensis et humillimis peticionibus honestorum hominum magistrorum sutorum in prenarrata civitate residencium, qui ad sedecim bancos sive staciones sutoricas appropriati et assignati extiterunt, omnia iura et singulas consuetudines, quibus ipsi sutores catholici, Polonici sive Teutunici, utuntur, fruuntur et mancipiuntur in civitate Lemburgensi, in nullo prorsus diminuendo, eisdem dedimus, donavimus et temporibus perennibus contulimus inviolabiliter observari; hac tamen condicione interiecta, quod quilibet sutor, qui in premissis sedecim bancis sive stacionibus stetit, unum fertonem aut simul componendo quatuor marcas grossorum pro camera domini nostri ducis *) singulis annis solvere sint astricti; quod dimidium non possunt nec augeri tam in bancis quam eciam in . . . [1]) quos tenere et possidere debent

*) Dokument ten, o ile mi wiadomo, jest jedyny w swym rodzaju. Starosta Andrzej bowiem w r. 1386, a więc 7 lat po zrzeczeniu się Rusi przez Władysława ks. Opolskiego nie tylko uważa się za starostę z ramienia jego, ale nawet podatki do kasy księcia opłacać każe. Stoi to niewątpliwie w związku z intrygami Władysława wymierzonemi przeciw królowej Jadwidze i z pobytem Opolczyka we Lwowie 25. Lipca 1386 r. (zob. AGZ II. nr. XV.) W dniu 9. Lutego 1386 r. jeszcze starosta Andrzej nic nie wspominał o ks. Władysławie (zob. AGZ II. nr. XIII).

1) Jeden wyraz wypełzniety.

Iuxta quod antiqu . . . [1]) possidebant . . . . . . [2]) staciones cum propriis pecuniis, cum scitu advocati et cum consensu suorum consulum locaverunt et edificaverunt. In cuius rei evidenciam pleniorem presentes ipsis fieri fecimus nostri sigilli cum appensione. Actum et datum in Grodek in die Assumcionis Virginis Marie anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, presentibus nobilibus et famosis viris dominis Herbordo, Ianczone de Grabovecz, Leonardo sororio domini capitanei, Iaczkone Gulay, Georgio Woyevode *(sic)* Grodiciensi, Vascone Doschenczycz, Ladislao de Heino, Petro Notario [3]), Augustino Ungaro ceterisque quam plurimis fide dignis.

Kopia pergaminowa, ręką z końca XIV. wieku pisana a dziś tylko za użyciem środków chemicznych (*Amonium hydrosulphuratum*) przeczytać się dająca znajduje się w posiadaniu cechu szewskiego w Przemyślu. O nadaniu tém wspomina Zygmunt August w dokumencie wydanym „*Lomzae sabbatho ante festum Thomae apostoli* (20. Grudnia) *1561*“ jako o „*privilegium Andreae capitanei terrarum Russiae*“ (Archiwum m. Przemyśla).

II.

W Nowym Samborze 13. Grudnia 1390 r.

Spytek z Melsztyna, wojewoda i starosta krakowski, pan na Samborze, sprzedaje Henrykowi niegdyś wójtowi w Łańcucie wójtostwo w Samborze za 80 grzywien monety pragskiej, pozwalając mu założyć miasto na prawie magdeburskiem i oznaczając bliższe warunki.

str. 165. In nomine patris et filii et spiritus sancti feliciter amen. Quoniam, ut ait sapiens, non est priorum memoria, sed nec eorum quidem que postea futura sunt, erit recordacio apud eos, qui futuri sunt in novissimo, ideo necessarium est gesta transitoria per testimonia scripture posterum memorie commendare. Ea propter nos Spithko de Melsthin [4]) heres et dominus districtus Samboriensis [5]) necnon pallatinus et protunc capitaneus Craconiensis, significamus universis tam presentibus, quam futuris, quod reddituum [6]) et proventuum nostrorum condicionem volentes facere ac fieri meliorem, deliberacione super eo habita prematura, advocaciam in Samborz [7]) olim Pohonicz nuncupatum nostri districtus Samboriensis [8]) predicti in se a granieiebus ville dicte Strzelikovicze usque ad metas

---

1) Kilka liter wypełzniętych.
2) Dwa do trzech wyrazów zupełnie odpadło.
3) Ten Piotr, pisarz starosty Andrzeja, zachodzi także w dokumencie z 9. Lutego 1386 r. (AGZ II. XIII.)
4) *Molsteyn.* 5) *Szamboriensis.* 6) *redituum.* 7) *Novosambor.* 8) *Szamboriensis.*

alterius ville videlicet Hubycze certum spacium continentem circumspecto viro Henrico, condam [1]) advocato in Landshut, et suis heredibus ac legittimis successoribus pro octuaginta marcis grossis Pragensibus numeri et pagamenti Polonici, quadraginta octo grossis pro marca qualibet computatis, rite et racionabiliter omni iure hereditario vendidimus atque iusto vendicionis titulo presentibus resignamus, conferimus et assignamus, per ipsum et suos posteros successoresque legittimos habendam, tenendam, utifruendam ac iure hereditario et perpetue possidendam, vendendam, donandam, commutandam [2]), alienandam ac in usus quosvis pro voluntatis ipsorum libito quomodolibet [3]) libere convertendam [4]). Dantes et concedentes eisdem Henrico [5]) et suis legittimis successoribus [6]) plenam et omnimodam potestatem ibidem in Novo Samborz alias [7]) Pohonicz civitatem in et sub iure Teutunico, quod Meydburgense dicitur, locandi, faciendi et mansos quantoplures infra granicies predictas fieri poterint extirpandi et extirpatos colendi. De quibus quidem [8]) mansis iam extirpatis vel extirpandis decem mansi debent fore liberi et soluti, quorum sex ipsi advocato et suis posteris, duo pro ecclesia et duo pro grege ipsius civitatis pellenda, quod [9]) vulgariter Scothnicza dicitur, libere pertinebunt. Damus insuper et conferimus predictis advocato | et suis posteris omnia maccella [10]) carnium, scampna sive bancos sutorum et str. 166.
pistorum, quotquot ipsi in ipsa civitate locanda et extruenda duxerint, libera et soluta; balneum liberum, piscinas liberas, molendina libera quotcunque [11]) in predictis graniciebus fieri poterint et parari; pratum liberum, quod pro sua sufficiencia poterit metare; nuncupaciones et venaciones liberas, in parvis duntaxat animalibus, sed non in [12]) cervis neque porcis. De mellificiis vero, que in silvis parata et quotquot exorta fuerint, nobis et successoribus nostris due partes, ipsis vero advocato et suis posteris tercia cedere debeant et debebunt [13]). Et ut ipsa civitas ex presenti nostra fundacione seu locacione felicibus adaugeri valeat incrementis, pro ipsius locacione octo annorum et in agris [14]) extirpatis octo, in mericis vero extirpandis quatuordecim annorum concedimus libertatem, quibus elapsis quilibet incola civitatis [15]) de suo manso quolibet unam marcam monete protunc in terra decurrentis et duos truncos de avena nobis et successoribus nostris solvere tenebuntur. De quocunque censu predicti advocatus et sui posteri in pecuniis sextum recipiant denarium et de iudicio seu re iudicata tercium pro se reservantes denarium, nobis duos omnimodo assignabunt. Decimam vero de pretactis mansis [16]) veluti ceteri Russie christicole [17]) dabunt illi et illuc, cui et quo ipsam tribuere faciemus. Preterea ut predicta civitas nostram libertatem sibi prodesse senciat, pro ipsius utilitate et augmento felici mensas seu cameras pannorum sive pannicidarum [18]) ac censum de pannicidio provenientem

1) *Heynrico quondam.* 2) *immutandam.* 3) *quolibet.* 4) *comitendam.* 5) *Heynrico.* 6) *posteritatam successoribus.* 7) *aliter.* 8) *quibuscunque.* 9) *que.* 10) *macella.* 11) *quotumque.* 12) *in* nie ma. 13) *et debebunt* nie ma. 14) *agris videlicet.* 15) *ipsius civitatis.* 16) *de proprietate mansi.* 17) *campicole.* 18) *panitidarum.*

ipsi civitati perpetue conferimus [1]) et donamus. Textores autem inibi manentes qui non alios quam quos propriis [2]) texuerint [3]) manibus ciderint ac cident pannos a prefato pannicidii censu ac ipsius solucione liberos [4]) habere volumus et exemptos. Ipsius eciam civitatis incole seu [5]) cives in aquis fluentibus liberas habere debeant piscaturas. Ortulani quoque, quotquot ibidem fieri poterint, nobis una pars, altera advocato et tercia ipsi
str. 167. civitati libere pertinebunt. Debemus eciam pro speciali ipsius civitatis consolacione| pascua exponere atque dare. Insuper omnino volumus, quod supradicte civitatis incole seu cives non aliter quam iure Meydeburgensi iudicari debeant; ita quod ipsi cives coram nullo nisi suo advocato et advocatus nisi coram nobis in suis tam parvis quam magnis respondebunt causis iuxta omnem observanciam atque ritum, que prescriptum ius Meydeburgense in suis condicionibus, clausulis atque punctis postulat et requirit. Item adiungimus prenotatis, quod ipse advocatus et sui posteri liberam habere debeant facultatem, quod flumen [6]) Nestr in granicies seu limites predicte ipsius civitatis, quanto propinquius atque [7]) melius poterint, deducent. Nichilominus addentes, quod sepedicti advocatus et sui successores, suprascripta libertate elapsa, nobis et successoribus nostris legittimis cum una hasta et duobus sagittariis ad expedicionem sive exercitum, quocienscunque [8]) opportunum fuerit servire [9]) efficaciter sint astricti. Ne autem presens nostra vendicio, locacio et alie [10]) nostre disposiciones presentibus inserte valeant per quempiam in suis effectibus irritari, presencia in robur perpetuum scribere fecimus nostri maioris sigilli munimine consignando. Actum et datum in Nouosambor predicto die beate Lucie virginis anno domini millesimo CCC⁰ nonagesimo, presentibus validis viris [11]) et nobilibus dominis [12]) Iohanne de Tharnow Pallatino Sandomiriensi et Capitaneo Russie, Benkone herede de Szabokruc [13]), Andrea Chodconis de Bybel, Zegotha de Gnoyno, Nicolao Mszurowsky [14]), Dzurgio [15]) de Stupnicza Voywoda Walachorum et aliis quamplurimis, fide dignis.

Odpis ręką końca XV. wieku znajduje się w manuskrypcie biblioteki Zakładu nar. imienia Ossolińskich pod Nr. 1873 od strony 165 — 167. Dokument ten był już drukowany „z autentyku“ w rozprawie Balińskiego p. t. „Spytko z Melsztyna i jego ród“ Biblioteka Warszawska 1844 III. str. 271—310 i powtórnie w tegoż Balińskiego studyach historycznych str. 208 — 210, z którego to oddruku podajemy powyżej odmianki. Z nich pokazuje się dowodnie, że Baliński nie był biegłym paleografem, bo autentyk swój w wielu miejscach fałszywie odczytał. Dlatego wydrukowałem go tutaj powtórnie. Oryginał swój opisał Baliński w ten sposób: Pisano na arkuszu pargaminowym, pieczęć wielka (?) z herbem Leliwa na białym wosku z nieczytelnym napisem w otoku zawieszona na sznurze z białego i niebieskiego jedwabiu kręconym. Na marginesie podałem odnośne strony rękopisu.

1) *offerimus.* 2) *ipsis.* 3) *textuerint.* 4) *liberes.* 5) *sive.* 6) *etiam fluminis.* 7) *aut.* 8) *quotiescunque.* 9) *sincere.* 10) *alienatio.* 11) *admodum.* 12) *viris.* 13) *Szabokrice.* 14) *Żyżmowski.* 15) *Dzingio.*

III.

W Krakowie 31. Października 1391 r.

Królowa Jadwiga potwierdza Spytkowi z Melsztyna wojewodzie krakowskiemu i jego następcom posiadanie wszystkich dóbr, które do tego czasu dzierzył, wymieniając je po imieniu.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Hedwigis dei gracia Regina Polonie Litphanieque princeps suprema et heres Russie etc. harum noticiam habituris, | tam str. 168.
presentibus quam futuris, significamus, quibus expedit, universis, quod in nostre maiestatis constitutus presencia strenuus Spithko, palatinus Craconiensis, miles noster fidelis dilectus, nobis precum instancia humiliter supplicavit, quatinus de innata clemencia nobis, sibi privilegium perpetuitatis dare et concedere ac ipsum suosque heredes et successores legittimos castrorum, opidorum, villarum et possessionum infrascriptarum, videlicet castrorum Melsthin in Craconiensi et Sambor in Russie terris nostris sitorum ac opidorum Szabno, Ksyasz et Brzezek, villarum vero Neczecza prope Szabno, Wscherzedza, Oporischow, Craskow, Pyassek, Zagayow, Chrosczyeze, Cobylnyki, Passimyechy, Czeszchow duplicis, Magneville, Modzydla, Chlenicze, Iarognyeyovicze, Chlewska Wola, Potrkonicze, Wrossonicze, Lanka, Poramba, Okoczyn, Iassen, Pomyanowawola, Brzozovyecz, Gwosdzecz, Zawada, Brzezowa, Olpini, Schyrzini, Svyaczany, Olschyny, Charzouycze [1]) necnon domus site in platea sancti Francisci [2]) in Cracouia cum ipsorum pertinenciis et appendiis universis, que dudum iure hereditario tenuit, habuit et possedit, constituere dignaremur verum, perpetuum dominum et heredem. Nos itaque iustis ipsius peticionibus acclinati memoratum Spithkonem palatinum

---

1) Żabno w powiecie tarnowskim; Książ Wielki w dawnem województwie krakowskiem, powiecie miechowskim; Brzesko miasteczko powiatowe w Galicyi. Nieciecza pod Żabnem. Sieradza (*Wscherzedza*) w parafii oporyszowskiej (zob. Liber beneficiorum II. 404 i 406). Oporyszow pod Żabnem. Kraszków zob. Lib. Benef. II. 470. Zagajów i Piasek zob. Lib. Benef. II. 9, 420 i 421. Chróściece w powiecie szydłowskim, zob. Liber Benef. I. 459. Kobylniki w parafii skalmierskiej, zob. Lib. Ben. II. 420. Paśmiechy w powiecie skalmierskim, zob. Lib. Ben. II. 144 i 179. *Czeszkow major i minor* dziś Cieszkowy w pobliżu Skalmierza, zob. Lib. Ben. I. 407. Wielka wieś (*Magna Villa*) w pobliżu Wielkiego Książa, zob. Lib. Ben. II. 83. Moczydlo w parafii Książa, zob. Lib. ben. II. 86. Chlewice w dawnem woj. krakowskiem, pow. jędrzejowskim. Jaronowice w parafii chlewickiej. Chlewska Wola w dawnem wojew. krakowskiem, powiecie jędrzejowskim. Piotrkowice w powiecie tarnowskim. Wrząsowice w powiecie wielickim. Łąka w powiecie bocheńskim. Poręba w powiecie bocheńskim. Okocim, Jasień, Pomianowa, Brzezowiec, Gwoździec, Zawada, Brzezowa w powiecie brzeskim. Olpiny, Szerzyny, Święcany, Olszyny niedaleko Jasła i Biecza. Charzowice w powiecie brzeskim.

2) Zobacz AGZ III. nr. 1.

Craconiensem omnium predictorum castrorum, opidorum, villarum et possessionum superius expressarum facimus, constituimus verum dominum et heredem ipsius posteros et legittimos successores cum potestate omnimoda premissa habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, alienandum, permutandum et in usus beneplacitos convertendum, prout sibi
str. 169. suisque posteris et legittimis successoribus | melius et utilius videbitur expedire [1]. Actum Cracouie in vigilia Omnium Sanctorum anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, presentibus Iohanne de Tarnow Palatino Sandomiriensi, Nawogio Tribuno Craconiensi, Paskone Slodzey Castellano Beczensi, Iacussio nostro Succamerario, Demetrio Thezaurario nostro, Pelka de Gnoyno et aliis pluribus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Magistri Mathie Canonici Gneznensis, aule nostre Cancellarii, fidelis dilecti.

Odpis ręką końca XV. wieku znachodzi się w manuskrypcie biblioteki Zakładu nar. im. Ossolińskich pod Nr. 1873 od str. 167—169 i następuje zaraz po dokumencie z 13. Grudnia 1390 oddrukowanego tutaj pod Nr. II.

IV.

W Radomiu 1. Stycznia 1394 r.

Królowa Jadwiga uwalnia na prośbę Spytka z Melsztyna, wojewody i starosty krakowskiego, miasto Sambor i obwód samborski od wszelkich opłat a mianowicie podymszczyzny, nakazując urzędnikom Rusi najsurowsze przeprowadzenie tegoż.

str. 169. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Heduigis Dei gracia Regina Polonie, Craconie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Litphanie princeps suprema, Pomeranie Russieque domina et heres significamus universis, quibus expedit, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quod, quamvis benemerentes eorum poscentibus meritis ad exuberantis nostre benigne liberalitatis beneficiorum grata largimenta et culmina graciosis cupiamus desideriis sublimare, innata tamen nobis clemencia illorum promocionem et ampliora commodorum et fructuum incrementa fervencioribus exoptat affectibus, quos iugi fide et perseverata constancia non solum magiestati *(sic)* nostre continua obsequiorum studia exhibuisse, verum eciam ipsorum progenitores in nostrorum predecessorum sancte recordacionis Regum Polonie inclitorum acceptis serviciis constat operosius prestitisse et in senium processisse, sane siquidem, prout fatemur, serenissimus

1) Uderza tutaj brak wzmianki o pieczęci.

dominus princeps dominus Wladislaus terrarum | supradictarum Rex, coniunx noster charissimus benigne consideracionis intuitu attendentes laudabilia virtutum merita, quibus spectabilis et validus miles Spithko de Melsthin, palatinus et capitaneus Cracouiensis, noster fidelis dilectus, aut eiusdem domini consortis nostri et nostram celsitudinem obsequiosis studiis et operosis laboribus prestancius relucere pre aliis est intentus, ex certa nostra sciencia et assensu ac voluntate plenariis nostris ad hoc accedentibus, civitatem seu opidum eiusdem nostri militis Spithkonis et suorum legittimorum successorum Sambor vulgariter dictum, in terra Russie situm, cum omnibus et singulis villis, prediis, allodiis, molendinis, tabernis, artificiis ad dictum opidum Sambor nunc spectantibus et in antea debentibus pertinere locatisque et locandis necnon universis districtu et incolis seu inhabitatoribus ipsum districtum iam inhabitantibus et in posterum volentibus inhabitare omnibus et singulis aliis spectanciis et appendiis universis eiusdem districtus, prout in suis villis, pertinenciis, graniciis et aliis adiacentiis, quibuscunque nominibus pociantur, longe lateque et circumferencialiter ab aliis districtibus et hereditatibus ad presens distinctus est et limitatus, a solucione exaccionis nostre regalis Podimczyszna vulgariter dicte necnon ab aliis omnibus et singulis exaccionibus, contribucionibus, dacionibus, laboribus, equitaturis, vecturis, angariis et preangariis, quocunque vocabulo de iure vel consuetudine censeantur, liberos prorsus et solutos perpetue fecit atque facit, Nos quoque fecimus et facimus virtute presencium mediante. Quam liberacionem et solucionem eciam successoribus legittimis ipsius Spithkonis volumus perpetuis temporibus observari. | Mandamus omnibus et singulis terre nostre Russie capitaneis et exaccionum collectoribus pro tempore, quatinus de bonis et villis tocius districtus Samboriensis predicti exaccionem Podimczysna iam dictam et aliam quamcunque dacionem nobis alias dari solitas, quocumque vocabulo nominentur, non exigatis neque ad huiusmodi exaccionum, dacionum, laborum, angariarum et preangariarum quarumcunque iura et consuetudines aliquem de incolis et inhabitatoribus districtus memorati teneri compellatis. Harum quarum *(sic)* sigilli nostri appensione muniri fecimus nostrarum testimonio literarum. Actum et datum in Radom ipso die Circumcisionis domini nostri Ihesu Christi anno eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, presentibus reverendo in Christo patre domino Petro Episcopo Cracouiensi, Iohanne de Tharnow Palatino Sandomiriensi, Petro Kmitta Castellano Lublinensi, Spicimiro Succamerario, Drogomiro Iudice Cracouiensibus, Cristino de Ostrow Castellano Sandomiriensi, Magistro Curie nostre, ac aliis multis nostris fidelibus fidedignis.

str. 170. str. 171.

Odpis ręką z końca XV. wieku znajduje się w manuskrypcie biblioteki zakładu nar. im. Ossolińskich Nr. 1873 na str. 169—171. Następuje on tamże zaraz po dokumencie z 31. Października 1391, umieszczonym tutaj pod Nr. III.

V.

W Radomiu 1. Stycznia 1394 r.

Król Władysław Jagiełło uwalnia na prośby Spytka z Melsztyna, wojewody i starosty krakowskiego, miasto Sambor i obwód samborski od wszełkich danin a przedewszystkiem podymszczyzny, nakazując urzędnikom Rusi przeprowadzenie tegoż rozporządzenia.

str. 172. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. | Wladislaus dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyanie, Litwanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres significamus universis, quibus expedit, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quod, quamvis benemeritos eorum meritis poscentibus ad exuberantis nostre benigne liberalitatis beneficiorum gracias, largimenta et culmina graciosis cupimus desideriis sublimare, innata tamen nobis clemencia illorum promocionem ad ampliora comodorum et fructuum incrementa fervencioribus exoptat affectibus et aspiriis, quos iugi fide et perseveranti constancia non solum maiestati nostre continua obsequiorum studia venerantur exhibuisse, verum eciam ipsorum progenitores in nostrorum predecessorum sancte et eterne recordacionis Regum Polonie inclitorum acceptis serviciis constat operosius prestitisse in seniumque processisse ac res personasque ipsorum pro regum et regni decore et felicibus successibus intrepide exposuisse, benigne itaque
str. 173. considerationis | intuitu, attendentes laudabilia virtutum merita, quibus spectabilis et validus miles Spithko de Melsthin, palatinus et capitaneus Cracouiensis, noster fidelis dilectus, apud nostram celsitudinem obsequiosis studiis et operosis laboribus prestanciis relucere pre aliis est intentus sollicitaque veneracione nostram maiestatem hactenus veneratus est, veneratur ad presens et in antea uti dignum arbitrium aucto fidelitatis fructu non forundat venerari personamque suam et res pro beneplacito nostro et regni nostri augmentis prosperis et s . . . [1]) tu felici, fideli exponere intrepidus exponere non pavescit, prout eciam progenitores suos in similibus nostrorum predecessorum Regum inclitorum Polonie conspectibus suis, quibus in humanis agebant temporibus, probabiliter comperimus reluxisse, propter quod magnificenciam nostram suscepti cura regiminis sollicitat et specialiter inducit, ut tanto uberioris gracie prerogativa ipsum pre ceteris consolenna qualitatemque meritorum suorum ampliori compensemus libramine, quanto magis suarum virtutum claritas et clara

1) Około trzech liter nieczytelnych.

meritorum insignia apud nostri solii specula pre aliis meruerunt. Horum itaque consideracione, habito super hoc nostre milicie consilio maturo et deliberacione ultronea civitatem seu opidum eiusdem militis nostri Spithkonis et suorum legittimorum successorum Sambor vulgariter dictum, in terra Russie situm, cum omnibus et singulis villis, prediis, allodiis, molendinis, tabernis, artificiis ad dictum opidum Sambor nunc spectantibus et in antea debentibus pertinere locatisque et locandis necnon universis districtu et incolis seu inhabitatoribus ipsum districtum iam inhabitantibus et in posterum inhabitare volentibus omnibusque et singulis aliis spectanciis et appendiis universis eiusdem districtus, prout in suis villis, pertinenciis, graniciebus et aliis adiacenciis, quibuscumque nominibus pociantur, longe, late et circumferencialiter ab aliis districtibus et hereditatibus ad presens distinctus est et limitatus, a solucione exaccionis nostre regalis, | Podymczisna vulgariter dicte, necnon str. 174. ab omnibus aliis et singulis exaccionibus, contribucionibus, dacionibus, laboribus, equitaturis, vecturis, angariis et preangariis, quocumque vocabulo de iure vel consuetudine censeantur liberos prorsus et solutos perpetue fecimus atque facimus, virtute presencium mediante. Quam liberacionem et solucionem eciam successoribus ipsius Spithkonis legittimis volumus perpetue observari, mandantes omnibus et singulis terre nostre Russie capitaneis et exaccionum collectoribus pro tempore, quatinus de bonis et villis tocius districtus Samboriensis predicti exaccionem Podimczysna iam dictam et aliam quamcumque dacionem, nobis alias dari solitas, quocumque vocabulo nominentur, non exigatis neque ad huiusmodi exaccionum, dacionum, laborum, angariarum et preangariarum quarumcumque iura et consuetudines aliquos de incolis et inhabitatoribus districtus memorati teneri conpellatis. Harum nostrarum nostri quas appensione sigilli muniri fecimus testimonio literarum. Actum in Radom ipso die Circumcisionis Domini anno eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, presentibus reverendo in Christo patre domino Petro Episcopo Cracouiensi, Iohanne de Tharnow Palatino Sandomiriensi, Petro Kmittha Castellano Lublinensi, Spicimiro Succamerario, Drogomiro Iudice Cracouiensibus et Hinczka de Przemąkow Vicethezaurario et aliis militibus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus venerabilis Zaclicze Cancellarii aule nostre fidelis dilecti.

Dokument ten transsumował Jan Szafraniec kanonik krakowski 6. Sierpnia 1407, umieszczony tutaj pod Nr. IX., zkąd go też wypisaliśmy. Odpis transsumtu a więc i dokumentu tegoż znajduje się w odpisie ręką końca XV. wieku pisanym w manuskrypcie biblioteki Zakladu nar. im. Ossolińskich N. 1873 od str. 171—175. Następuje transsumt ten tamże zaraz po dokumencie królowéj Jadwigi z tegoż samego dnia i roku tutaj pod Nr. IV. umieszczonym.

VI.

W Starej Wsi 15. Lipca 1396 r.

Władysław Jagiełło i królowa Jadwiga poświadczają, iż Spytek z Melsztyna, wojewoda krakowski, zapisał żonie swojéj Elżbiecie tytułem wiana 1000 grzywien groszy pragskich na mieście Żabnie i obwodzie samborskim.

str. 176. Vladislaus Dei gracia Rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc., Hedui̇gis eadem gracia Regina eiusdem Polonie et heres Hungarie [1]) regnorum etc.
str. 177. significamus universis, quibus expedit, presencium noticiam habituris, | quod ad nostras nostrorumque baronum presencias veniens personaliter validus Spithko de Melsthin, pallatinus Craconiensis et dominus terre Podolie, noster fidelis dilectus, sanus mente et corpore, non compulsus, non coactus nec aliquo errore seductus, matura animi sui deliberacione prehabita ultroneoque suorum fretus consilio amicorum, sponte et libere mille marcas grossorum Pragensium latorum numeri vero Polonicalis, quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando in et super opido suo Szabno [2]), in terra nostra Craconiensi sito, et villis ac pertinenciis eius et districtu suo Sambor ac villis et spectanciis ipsius generose Elizabeth, conthorali sue, nostre fideli dilecte, racione veri et iusti dotalicii, dicti vulgariter Wyano, rite contulit et racionabiliter assignavit condicione tali, quod si eundem Spithkonem pallatinum Deo permittente ab hac luce migrare contingat, dicta Elizabeth conthorali sua superstite remanente, extunc ipsa Elizabeth opidum Zabno et districtum Sambor predictum cum eorundem opidi et districtus villis, possessionibus, censibus, redditibus, utilitatibus, usufructibus, iuribus et pertinenciis universis ad eadem opidum Zabno et districtum Sambor quomodolibet spectantibus, prout ipse Spithko pallatinus ea modo tenet, integre tenebit, possidebit pacifice et utifruetur tamdiu videlicet, quamdiu in thoro permanserit viduali. Si autem tandem Elizabeth ad secundas nupcias convolare contigerit, tunc eiusdem Spithkonis pallatini propinquiores de genere per masculinam aut femininam lineam descendentes, solutis mille marcis grossorum et numeri predictorum suprascriptis Elizabeth memorate opidum Zabno et districtum Sambor predicta cum villis et pertinenciis

---

1) Co do tytułu tego mającego być groźbą dla Zygmunta cesarza niemieckiego patrz Caro: Gesch. Pol III. 160 a osobliwie notę 3.

2) Żabno w powiecie tarnowskim. Porównaj dok. nr. III., gdzie wymienione są wsie w okolicy tej do Spytka należące.

omnibus antedictis integre rehabebunt. Harum quibus sigilla nostra de certis nostris scienciis et consensibus | appensa sunt testimonio literarum. Actum in Antiqua Villa str. 178. sabbatho proximo post diem sancte Margarethe virginis, tempore convencionis cum serenissimo principe domino Sigismundo rege Hungarie, [1]) presentibus [2]) reverendo in Christo patre domino Petro Episcopo Cracouiensi ac validis Iohanne de Tharnow Sandomiriensi, Iohanne Lygasza Lanciciensi Palatinis, Iohanne de Thanczin Woyniciensi, Petro Kmitha Lublinensi Castellanis et aliis quampluribus nostris fidelibus, testimonio et fide dignis. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Nicolai Episcopi Poznaniensis, nostri sincere dilecti.

Odpis ręką z końca XV. wieku znajduje się w manuskrypcie biblioteki zakładu nar. im. Ossolińskich pod Nr. 1873 str. 176—178. Następuje on zaraz po dokumencie z dnia 17. maja 1436, wydrukowanym niżej pod tym dniem i rokiem.

VII.

(W Przemyślu) 1396 r.

Maciej biskup przemyski orzeka, że Mikołaj Mzurowski dziedzic Rudołowic obowiązał się płacić dziesięciny kościołom w Rudołowicach i Tuligłowach z dóbr Rudołowic, Więckowic, Bystrzyjowic, Tuligłów, Węgierki i świeżo założonej Węgierskiéj Woli.

Nobis Mathiae, Dei gratia episcopo Premisliensi, pie propter Deum extitit suplicatum pro honorabili et idoneo Petro, capellano nostro et cancellariae nostrae protunc notario, per generosum ac nobilem Nicolaum Mzurowski, heredem de Rudolowice legitimumque successorem, una cum ipsius liberis in villas Rudniki, Strzelczyce, [3]) Tuliglowy, Więckowice; audiens igitur honorabilis Petrus capellanus noster certificarique volens, omnino de proventibus praefatae ecclesiae in Rudolowice ac ipsius filiae in Tuliglowy generosum ac nobilem Nicolaum Mzurowski coram nobis ac honorabilibus et circumspectis Ioanne praeposito ecclesiae Premisliensis, Petro plebano Iaroslaviensi, Mikuta etiam notario nostro, nobili Ptaczkowicz herede de Iankowice [4]) ceterisque pluribus fide dignis, non obstante

---

1) Tylko raz za życia Jadwigi był Zygmunt w Krakowie a mianowicie r. 1396 (Caro. G. P. III. 160) kładziemy więc ten list na tenże rok.
2) Zamiast *presentibus* stoi w rękopisie *predicto*, co zgoła nie ma sensu.
3) Rudniki i Strzelczyska w powiecie mościskim. 4) Jankowice w powiecie jarosławskim.

privilegio fundorum paulo ante dato, nostro ex consensu dare exquisivit, quod et decuit praelacionis nostrae ex officio. Qui generosus Nicolaus ob spem salutis suae et suorum successorum benedeliberatus assignavit et dedit in perpetuum, prout ipse et antecessores sui tenent et tenuerunt, honorabili Petro plebano suo et suis successoribus decimas manipulares post omnes curias suas ubicunque curia sua locata fuerit aut cmethonum cultura ipsum condecernens una cum cmethonum annonis salis caeterisque proventibus videlicet in Rudolowice, Więckowice, Bystrzyjowice, Tuliglowy et Węgierka eiusque villae Vola [1]) noviter situata, amborum igitur ex consensu videlicet generosi Nicolai iam dicti et honorabilis Petri plebani sumptu et rogatu praesens scriptum in robur perpetuum sigilli appensione roborari non distulimus sub anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto.

Dokument ten był w aktach konsystorza w Przemyślu dnia 23. Stycznia 1623 oblatowanym jako „privilegium in pergameno scriptum, salvum, integrum et nulla sua parte vitiatum" — a dnia 4. Października 1779 wpisano już tylko transsumt do aktów ziemskich przemyskich. Z wypisu, który przytém wystawiono, drukujemy go tutaj; znajduje on się w archiwum miejskiem w Przemyślu.

VIII.

(W Przemyślu) 19. Maja 1406 r.

Rajcy przemyscy poświadczają, że zamienili z szewcami przemyskimi miejsce w rynku położone na inne, na którem swe szewskie stragany wystawiać mogą.

Nos Clemens, Petrus dictus sutor [2]), Laurentius Crebis, Franczko lanifex consules civitatis Premislia (*sic*) memorie commendamus universis, tam presentibus quam futuris, ad quos presens expedit, quot (*sic*) prehabito maturo consensu seniorum et consilio omnium scabinorum et mechanicorum donavimus providis viris magistris sutoribus suprascripte civitatis Premislia (*sic*) racione veri cambii locum et aream circa . . . . . [3]) de novo construendas et collocandas bancas sutorum pro area, quam ex antiquo in circulo seu in foro possidebant et utifruebant (*sic*) ipsis sutoribus et legittimis successoribus suprascriptam aream assignavimus, ascribimus et ratificamus habendam, possidendam, vendendam et ad usus suos beneplacitos convertendam, prout ipsis melius videbitur expedire.

---

1) Rudołowice, Więckowice, Bystrowice, Tulіgłowy, Węgierka i Węgierska Wola, wszystkie wsie w powiecie jarosławskim. 2) Wyraz ten tak jest wypełzniętym że nie można ręczyć za to odczytanie. 3) Jeden wyraz nieczytelny.

In cuius rei testimonium sigillum civitatis nostre presentibus est appensum. Actum et datum (*in*) vigilia Ascensionis domini nostri sub anno domini millesimo CCCC° sexto, presentibus quampluribus fide dignis et Marco notario nostro, cui suprascripta data fuerunt in comisso.

Oryginał pergaminowy dość czytelnie pisany jest w posiadaniu cechu szewskiego w Przemyślu. Na sznurze z czerwonego i zielonego jedwabiu była zawieszona pieczęć, która z czasem odpadła.

IX.

W Krakowie 7. Sierpnia 1407 r.

Jan Szafraniec, kanonik krakowski i wikaryusz Piotra (z Radolina) biskupa krakowskiego, transsumuje na prośbę Jana z Tarnowa dziekana krakowskiego dwa królewskie dokumenta.

Iohannes Schaffranyecz custos et canonicus Cracouiensis, vicarius in spiritua- str. 171.
libus per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Petrum Dei gracia episcopum Cracoviensem in sua diocesi specialiter deputatus et generaliter, notum facimus, quibus expedit universis, presentes nostras transsumpti sive exemplacionis literas inspecturis, quod constitutus nuper in nostra presencia venerabilis vir dominus Iohannes de Tharnow, decanus Cracouiensis eclesie, tenens in suis manibus | quedam duo privilegia serenissimi str. 172.
principis et domini domini Wladislai Dei gracia Regis Polonie donacionis, libertatis et exempcionis de et super opidis et civitatibus Samboriensi, Melsthin et Zabno ac villis ad eadem spectantibus, prout inferius plenius in tenore dictorum privilegiorum describuntur, in pergameno scripta ipsiusque domini Wladislai sigillis perpetuis rotunde figure de cera communi alba in cordulis sericeis, blanci et albi coloris subappensis sigillata de unanimi forma et qualitate et legebantur in hec verba (S. Wladislai Dei gracia Regis Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirien) [1]. Tenor vero unius privilegii maioris de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Tutaj następuje dokument Władysława Jagiełły z 1. Stycznia 1394 oddrukowany wyżej pod Nr. V.; poczem brzmi transsumt dalej:

Alterius vero privilegii minoris super Melsthin, Zabno, Xanz et Brzeg ommissum str. 174.
est causa brevitatis, quia eciam non servit pro istis bonis similiter subscripciones notariorum

1) Słowa te tym samym atramentem wymazane.

publicorum. Qui hec privilegia transsumserunt eciam amore brevitatis [1]). Post quorum quidem privilegiorum exhibicionem, presentacionem, recepcionem et leccionem prefatus dominus Iohannes de Tharnow decanus Cracoviensis nos cum debita instancia petivit, quatinus huiusmodi privilegia de verbo ad verbum transscribi et exemplari cum nostri introposicione decreti per aliquem aut aliquos de nostris scribis sub manu publica et nostri soliti appensione sigilli, ut eidem transsumpto in iudiciis et extra tamquam ipsis originalibus literis fides
str. 175. plenaria adhiberi valeat, committere et decernere auctoritate ordinaria, | qua in hac parte fungimur, nobis concessa dignaremur. Nos itaque Iohannes Schaffranyecz custos et canonicus Craconiensis vicariusque in spiritualibus memoratus iustis et racionabilibus dicti domini Iohannis decani peticionibus annuentes, cum iusta petentibus assensus non debeat denegari, prefata domini Wladislai Regis Polonie donacionis, libertatis, exempcionis et confirmacionis privilegia castrorum, opidorum et villarum ac aliarum possessionum perpetue concessa, exinde per Iohannem et Mathiam nostrosque et scripti huiusmodi coram nobis tunc scribas infrascriptos ad cautelam futurorum de verbo ad verbum transscribi, transsumi et exemplari mandavimus et ut eidem transsumpto nostro tanquam ipsis originalibus privilegiis et privilegiorum litteris in iudiciis et extra iudicia fides plenaria ab omnibus et singulis, quorum interesse videbitur debeat et valeat adhiberi pro tribunali sedenti, ad huiusmodi transsumptum nostrum vicеordinarium consensum apposuimus et in hys scriptis apponimus pariter et decretum. In cuius rei testimonium et evidenciam clariorem nostrum solitum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum Craconie anno domini millesimo quadringentesimo septimo, Indiccione XV, mensis Augusti VII, hora vesperorum, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Gregorii divina providencia pape XII [2]) anno primo, presentibus ibidem honorabilibus, discretis et nobilibus viris Mathia Pauli de Tharnow Presbitero, Petro Imrami de Chrzastowicze Clerico diocesis Craconiensis, Petra Gorka Swiathoslai de Gorra et Paulo Phalislai de Slupow armigeris de regno Polonie, laicis diocesis Craconiensis, et aliis ibidem tunc pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Odpis ręką z końca XV. wieku znajduje się w manuskrypcie biblioteki Zakładu nar. im. Ossolińskich pod Nr. 1873 od str. 171—175. Dokument ten następuje tamże zaraz po dokumencie z 1. Stycznia 1394 oddrukowanym tutaj pod Nr. V.

1) Ustęp od *Alterius* do *brevitatis* nie znajdował się oczywiście w transsumcie Szafrańca, lecz w tem miejscu w samym transsumcie stał omówiony tu dokument, który przepisywacz opuścił, umieszczając natomiast powyższy ustęp. 2) W manuskrypcie stoi przez omyłkę XI.

X.

W Przemyślu 23. Czerwca 1408 r.

Przecław i Mikołaj bracia rodzeni, właściciele Bujowic, uposażają kosciół parafialny w Bujowicach.

In nomine Domini Amen. Cum omnium habere memoriam potius divinitatis sit, quam humanitatis, conditionis humanae fragilitas remedium sibi quaesivit artificio, in quo fabricae naturalis vigor summi defecit capificis voluntate. Ne [1]) igitur gesta hominum, quae aguntur in tempore cum lapsu temporis ab humano recordio evanescant,[2]) dignum est, ut fide dignorum testium adminiculo et literarum ministerio perenentur. Proinde Nos Praeclaus et Nicolaus fratres germani heredes de Buiowice [3]) ad universorum notitiam tam praesentium, quam futurorum volumus deducere per haec scripta, quod [4]) cupientes pietatis operibus diem extremi iudicii praevenire, ac terrena in coelestia, et transitoria in aeviterna felici commercio commutare, pro salute animarum praedecessorum nostrorum pariter et nostram ecclesiam parochialem in villa nostra Buiowice in discrictu [5]) dioecesis Premisliensis ad laudem DEI omnipotentis, in honorem beati Stanislai gloriosi martyris necnon sanctae Hedwigis fundatam dotavimus, et praesentibus dotamus in hunc modum: Primo eidem ecclesiae et rectoribus suis damus, donamus, assignamus, incorporamus et appropriamus unum laneum circa ecclesiam iacentem; Item pratum eidem laneo contiguum, quantum iacet ad lutum, unam piscinam in villa praedicta superiorem; Item tabernam in Tamanowice; [6]) Caeterum decimas post araturas nostras et in dicta villa Buiowice provenientes manipulares dandas de omni grano seminato; Demum missales annonas de singulis laneis villae Zloczkowice [7]) secundum consuetudinem terrae Russiae de quolibet laneo unum truncum siliginis et alium avenae, temporibus perpetuis tollendum per rectores dictae ecclesiae et ad usus ipsorum beneplacitos convertendum. Ipsi quoque rectores ecclesiae memoratae tenebuntur singulis annis pro salute animarum progenitorum nostrorum in quatuor temporibus singulis annis vigilias et missam defunctorum legere, et ut praemissa in robore firmiori permaneant sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Acta sunt haec de consensu et voluntate reverendissimi in Christo patris ac domini

---

1) *Non* w kopii. 2) *evanescunt* w kopii. 3) Bojowice dzisiaj do parafii hussakowskiej w powiecie mościskim należące nie mają kościoła. 4) *quid* w kopii. 5) *praedicta* w kopii. 6) Tomaszowice w powiecie mościskim, parafii hussakowskiej. 7) Złotkowice w powiecie mościskim, parafii hussakowskiej.

domini Mathiae Episcopi Premisliensis. Datum in Premislia in vigilia beati Ioannis Baptistae anno domini millessimo quadringentesimo octavo.

Wydrukowano według kopii z r. 1804, znajdującej się w posiadaniu dziekanatu hussakowskiego. Kopii tej przy „Specyfikacyi Wszelkich Realności y Praw kościoła rz. kat. w Hussakowie" spisanej, służyła za podstawę urzędowa kopia z r. 1635 zrobiona w Przemyślu podług oryginału, który w następujący sposób opisuje: quibus literis pargameneis appensa sunt duo filia sericea varii coloris videlicet viridis, flavi et rubri, in quibus filis sericeis, ut patet vetustate consumptis, appensa erant sigilla, quae modo non extant.

XI.

W Łęczycy 18. Lipca 1409 r.

Władysław Jagiełło uwalnia mieszczan przemyskich od podwód z pewnem zastrzeżeniem.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ad hoc aeterni regis praesidio gloriosi principatus solium assumpsimus, ad hoc regni recepimus dyademma, ut subiectus nobis populus nostro felici suffultus regimine in pacis dulcedine conquiescat et ab omnium oppressionum gravamine iugiter liberetur. Proinde nos Vladislaus Dei gratia Rex Poloniae Lithuaniaeque princeps suppremus et heres Russiae etc. significamus tenore praesentium tam praesentibus quam futuris, quibus expedit universis, quod consideratis et in animo revolutis multiplicibus oppressionum gravaminibus, laboribus et iacturis civibus et incolis civitatum regni nostri ex frequentia vectigalium, ducturarum, equitaturarum, quae podwodi dicuntur, et aliis, quibuscunque nominibus vocitantur, imminentibus digna et salubri animadversione eadem vectigalia, ducturas, equitaturas, ut praemittitur, podwodi dictas, merito decrevimus abolendas, ut cives et incolae civitatum regni et dominiorum nostrorum a gravaminibus ipsorum respirare valeant et creatoris nostri clementiam exorare pro nobis, consorte et prole nostris charissimis liberius et ut civitas nostra Premisliensis hac plenitudine gratiarum nostrarum gaudeat, utifruatur et laetetur, cives et incolas eiusdem Premisliensis civitatis ab omnibus vectigalium, ducturarum, equitaturarum oppressionibus, quae podwody dicuntur, et earum gravaminibus excipimus, absolvimus et perpetuo liberamus. Decernentes et constanti firmitate statuentes, quod a modo ab eisdem civibus et incolis praedictae civitatis Premisliensis equi pro vectigalibus, ducturis, equitaturis, podwody dictis, tam pro curribus quam nuntiis, quam etiam falconistis et aliis recipiantur per nostros quoscunque officiales et nuntios nulla ratione, sed quod ipsi

cives et incolae ab ipsorum datione sint soluti, liberi et exempti; illa nostra necessitate tantummodo excepta et exclusa, quod dum ibidem in Premisl constituti fuerimus, ipsi cives et incolae eiusdem civitatis Premisliensis pro reducendis nostris utensilibus coquinalibus tres aut quatuor currus nobis et dominae Reginae consorti nostrae charissimae sibi dare tenebuntur ad civitatem seu ad locum proximum, in qua vel in quo stationem tunc nos facere contingat iuxta consuetudinem tempore felicis recordationis domini Casimiri Regis Poloniae praedecessoris nostri observatam. Si autem aliqua oportunitate emergente, ipsi cives huiusmodi vectigalia, ducturas et equitaturas ratione requisitionis nostrae dederint et assignaverint, ista ad solutionem nostrarum pecuniarum et non aliter dare et assignare tenebuntur. Vobis igitur capitaneis, woyewodis, burgrabiis, procuratoribus, vicecapitaneis tenutariis, nuntiis et officialibus universis nostris firmis damus regalibus in mandatis, quatinus eosdem cives nostros Premislienses circa hanc, quam ipsis concessimus, inviolabiliter conservare debeatis libertatem. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Lanciciae feria tertia in crastino sancti Alexii [1]) anno domini 1409$^{\underline{no}}$ praesentibus venerabilibus in Christo patribus (*Nicolao*) sanctae Gneznensis ecclesiae Archiepiscopo, Iacobo Plocensi, Alberto Poznaniensi Episcopis, Christino Sandomiriensi, Sandivogio de Ostrorog Poznaniensi et Ioanne Ligenza Lanciczyensi Palatinis multisque aliis nostris fidelibus, fide dignis.

Ad relacionem domini Nicolai Regni Poloniae Vicecancellarii.

Wydrukowano według kopii z r. 1561 w kopiaryuszu arch. miejsk. w Przemyślu nr. 287. str. 1—2. Dokument ten potwierdził Zygmunt I. w Niepołomicach 18. Lipca 1525 r.

XII.

W Przemyślu 30. Czerwca 1418 r.

Iwan z Obychowa, kasztelan szremski i starosta ruski, przeprowadza z polecenia królewskiego rozgraniczenie pomiędzy przedmieściem przemyskiem Piekuliczi nazwanem i wsiami Witoszyńce, Koniuchy i Grochowce.

Mi Iwan z Obichowa, pan Srimienski, starosta ruskiei ziemie, wssitkiei pospolitei wiznawam tem to listem, ktorim go potrzeba wszem pospolu iak ninieiszem tak potem

1) Data nie zgadza się. Św. Alexego obchodzi kościół 17. Lipca, co było w roku 1409 Środą, a więc dzień po tem Czwartkiem a nie Wtorkiem, jak tu powiedziano. Zamiast *feria tertia* stać więc winno *feria quinta*, czyli 18. Lipca.

bedaczim, jak z osobnego przikazania i spolnego poleczenia naiasnieissego y naswiethleissego Kxiazecia pana a pana Wlodzislawa, Bożą Miloscią krola Polskiego, pana nassego namiloscziwssego, takiesmi roziechali i granice uczinieli miedzi slachetnemi Pani Waskiem y Pyechniem sinmi pana Bogdana, bracią rodzoną, a to miedzi przedmiesciem Piekuliczi i miedzi siolem Witoszinczi, Koniuchi kroliewskiemi a miedzi siolem Grochowczi [1]; s drugiei stronismi wzieli s sobą slachetne dobre pani i ktemu stare starcze swiadome. A tosmi poczeli graniczicz od Pothoka Pczinskiego prosto miedzą asz do przegrodi Piekuliczkiei Gorecznei; a od przegrodi prosto miedzą asz do pothoka, kthori pothok biezi od wierzchowin dziedkowich dziedzin; a tem potokiem ws gore asz do wierzchowyn; a od wierzchowin asz po droge, a tą drogą prosto, ktorą droga idzie od Przemislia Kruhelem; a tam drogą prosto asz do wierzchowyn, ktoreize wierzchowinie imie Sliwki; a od Sliwek prosto drogą asz do korohodiscza, a od korohodiscza dolem potokiem asz do Kalnego; a od Kalnego prosto przess Dambrowe i przesz polie asz do drogi, którą idzie od Witosinczi do Grochowiec; a od tei drogi prosto przesz pole asz do pothoka, ktori biezi z Witoszinczi a od tego potoka prosto przesz polie i przesz Dambrowe asz do drogi, ktora idzie z liassa odarowiczem. Takessmy ugraniczeli s temi starczi, ktorzi przisiegli temi slowi: „Tak nam Bog pomozi Iezus Christus i zesmi prawdziwie granicze wywiedli.“ A maią dzierzecz na wiek wiekom, ku ktoremu swiadecztwu iest pieczecz nasza przywieszona. Dano w Przemisliu we Czwartek bliszi po swietem Pietrze y Pawlie Apostolow swietych Liata Bożego narodzenia thisiacnego cztereclisct i osmnascie. Swiathki Slachetny Ian ze Mzurowa, Dobek Sprowski, Iaczko Miezinieczki, Wolk Boratinski, Piotr Sriterewicz, Chodko z Boliestraszicz, Cawcza koniuszi kroliewski z Witoszincza a pop Ieltophiei z Witoszinca Luszewicz y ynszich wiele dobrich, czo przi tem beli i dobrze swiadomych.

Dokument ten był pierwotnie napisany na pergaminie po rusku. Zygmunt I. potwierdził go w powyższem tłómaczeniu polskiem w Wilnie 1. Września 1541 r., kopia tego potwierdzenia znajduje się w oryginalnym dekrecie komisarskim d. d. In loco Campestri (pod Przemyślem) 21. Maja 1577 r., znajdującym się w arch. miasta Przemyśla.

---

1) Witoszyńce, Koniuchy, Grochowce, wsie pod Przemyślem.

XIII.

W Niepołomicach 19. Listopada 1424 r.

Władysław Jagiełło potwierdza przywileje i dobra miasta Przemyśla, nadając jego obywatelom prawo rąbania w lasach królewskich.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus pariat in posterum detrimenta, alta regum et principum consilia decreverunt, ea literarum et testium annotatione perhennari, proinde Nos Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Lanciciae, Cuiaviae Lituaniaeque princeps suppremus, Pomeraniae Russiaeque dominus et heres etc. significamus tenore praesentium, quibus expedit, universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris, quomodo pro parte providorum consulum, civium et totius communitatis civitatis nostrae Premisliensis nobis oblata petitio continebat, qualiter super possessionibus et bonis ac aliis iuribus per ipsos ex antiqua consuetudine tentis, nulla munimenta, literas et privilegia, uti alie civitates nostrae obtinuerant, suplicaruntque nobis, ut ipsis possessiones, iura bonaque infrascripta de innata nobis celsitudinis clementia literis nostris incorporare, appropriare et confirmare dignaremur, attentis igitur predictorum consulum, civium et communitatis fidelibus servitiis et complacentiae erga nos multipliciter exhibitis affectibus, quibus ipsi nostram celsitudinem consueti sunt prosequi et continue reddiderunt se nobis promptos et paratos ad eadem; horum intuitu volentes ipsos in posterum ad huiusmodi servitia nostra et complacentias reddere promptiores ipsiusque civitatis et incolarum condicionem facere meliorem, ut sub felici nostro regimine utilia incrementa se sentiant recepisse, omnia pascua, lacus, rubeta et alia consistentia in planicie versus orientem inter civitatem Przemisl et flumina San et Wiar, in quibus pecudes et pecora pascendi ac alias utilitates prout hortos humulorum [1]), pomoria et caetera liberam obtinebunt erigendi, aptandi et reparandi facultatem, nec non hortos ex utroque littore fluminis dicti San, exceptis hortis nostris et aliorum super his munimenta et literas habentium ac etiam tres areas sive curias consistentes sub monte Kruhel cum omni iure, dominio et proprietate, prout haec omnia praescripta ex antiqua consuetudine per eosdem consules, cives et communitatem tenta fuerunt pacifice et possessa, praedictae civitati, consulibus, civibus et communitati donamus, damus, inscribimus et incorporamus perpetuis

1) Na marginesie potwierdzenia z 1603 r. napisano późniejszą ręką przy wyrazie „humulorum" zawady.

temporibus sine impedimento nostrorum quorumcunque *(officialium)* tenere, habere, utifrui, disponere et possidere libere et secure per eosdem. Ita tamen si nobis de huiusmodi locis aliquando occurrerit necessitas, libere nobis debent cedere de eisdem. Et nos deinceps ipsis vice istorum curabimus providere, quae sub debita commoditate potueriut a nobis praestari. Item etiam ipsi consules, cives et communitas in silvis nostris ligna et robora pro aedificiis et necessitate ipsorum temporibus opportunis liberam obtinere debebunt facultatem excidendi. Nec non salis venditionem in praetorio vel cameris per penesticas ac alias res mercimoniales et venales et praesertim Staynczins (*sic*) cum toto proventu pro melioratione civitatis ipsa civitas obtinebit. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum in Nepolomice ipso die sanctae Elizabeth anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo quarto, praesentibus reverendo in Christo patre domino Sbigneo Episcopo Cracoviensi, magnificisque et nobilibus Cristino de Ostrow Castellano, Ioanne de Tarnow Palatino Craccoviensibus, Nicolao de Michalow Palatino Sandomiriensi et Capitaneo Craccoviensi, Michaele de Czyzow Castellano Sandomiriensi et Petro Szafraniec Succamerario Craccoviensi, nec non Sbigneo de Brzeze Regni nostri Marschalco multisque aliis fide dignis. Datum per manus venerabilium Ioannis Decani Craccoviensis, Regni Poloniae Cancellarii et Stanislai Ciolek Cantoris Craccoviensis, eiusdem Regni Poloniae Vicecancellarii, sincere nobis dilectorum. Ia. Sta. [1])

Ad relationem praedicti domini Stanislai
Cantoris et Vicecancellarii.

Kopia w potwierdzeniu Zygmunta III. z Krakowa 30. Maja 1603 r. znajduje się w arch. m. Przemyśla. Dokument ten z 30. Maja 1603 pisany na pergaminie, dobrze zachowany, tylko w jednem miejscu wykruszony. Trzy okrągłe przedziurawienia pergaminu świadczą o odpadłej pieczęci. Pod nim podpisy: *Sigismundus Rex.* *P. Szczerbicz.*

XIV.

W Starym Samborze 22. Czerwca 1425 (?) r.

Włodek, starosta samborski, przeprowadza rozgraniczenie monastyru introdukcyi N. Panny Maryi i Starego Sambora wraz z wsią Teszewą.

Nos Wlodek, protunc capitaneus Samboriensis, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis tam presentibus quam futuris, quod equitavimus cum terrigenis

1) Podpis ten, który się już pokilkakrotnie przy dokumentach z roku 1424 pojawiał, brzmiał zwykle *Ja. Stanczlaow.*

puta cum domino Wayskone, herede de Woyticze, cum domino Ywano Dzindz, herede Stupnicza, [1]) cum Iacobo de Lunouicze, cum Szmothanka venator (*sic*) de Colczicze et cum [2]) Iohanne advocati filio antique civitatis Samboriensis et cum Petro et Andrea de Colczyce et cum aliis fide diginis (*sic*) iuxta preceptum domini Regis et fecimus reequitacionem cum [3]) Monastiro introduccionis beate Marie virginis [4]) parte ex una et Antiquam Civitatem Samboriensem et villam dictam Teszewa [5]) parte ex altera; et ibi limitavimus prefatum Monastirium seu granicias ostendimus inter Monastirium et antiquam civitatem Samboriensem et villam Tesewa et signa ibidem fecimus, quod non nocet neque civitati, neque ville predicte Teszewa; incipiendo a ripa alias potoku a Teszewa dicto pszarzewsky potok et alibi prout signa fecimus et ibi ostendimus ad utramque partem silve, quid debet ad prefatum Monastirium pertinere, de quo quidam Monastirio ad quamlibet expedicionem generalem tenetur obsequi domino Regi in equo valenti trium vel quatuor marcarum cum uno sagitario. Et hoc fecimus iuxta voluntatem domini Regis seu preceptum. Et circa ista manemus seu dimittimus ipsum iuxta preceptum domini Regis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum, presentibus testibus suprascriptis. Datum in antiqua civitate Samboriensi feria sexta ante festum sancti Iohannis anno domini milesimo CCCC vicesimo q . . . o [6]) nostro sub sigillo. Data per manus Iohannis notarii.

Oryginał pergaminowy trochę przetarty znajduje się w arch. gr. kat. kapituły w Przemyślu. Pieczęć woskowa niewyraźna wisi na pasku pergaminowym.

XV.

W Niepołomicach 17. Listopada 1428 r.

Władysław Jagiełło zmienia na wsi Pukorzowie prawo polskie na prawo magdeburskie.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum prudenter occurrimus incommodis, dum gesta etatis nostre litterarum apicibus

1) *de* przed *Stupnicza* nie ma. 2) Wyraz wpisany później na górze, ale tą samą ręką. 3) Pierwotnie było w tém miejscu „*inter*“ co zmazano i później tą samą ręką dopisano na górze „*cum.*“ 4) Tutaj następowało *et*, co jednak przemazano. 5) Terszów wieś w staromiejskim powiecie. 6) Tutaj po literze *q* znajduje się dziura, tak że nie można na pewne oznaczyć, czy dokument ten jest z r. 1424 lub 1425. Przyjmuję atoli rok 1425 jako prawdopodobniejszy. W r. 1424 bowiem dzień św. Jana przypadał na Sobotę, Piątek przed nim więc na 23. Czerwca. 22. Czerwca zaś w r. 1424 było św. Bożego Ciała, według którego pisarz z wszelkiem prawdopodobieństwem byłby dzień ten prędzej oznaczył, gdyby dokument pochodził z r. 1424.

et testium annotacione perhennamus, ne lapsu temporis evanescant, proinde nos Wladislaus Dei gracia rex Polonie nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyawie, princeps Lithwanie suppremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo ad instantes peticiones nobilis Iohannis de Pukorzow, [1]) nostri fidelis dilecti, villam ipsius predictam Pukorzow in terra Chelmensi et districtu Hrubyeschowiensi sitam, prout in suis metis et graniciebus longe lateque limitata existit et distincta, de iure Polonico in ius Thevtunicum, quod Maydburgense dicitur, transferimus perpetuo duraturum; removentes ibidem omnia iura Polonicalia et quevis alia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Thewtunicum plerumque perturbare consueverunt. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus kmethones et omnes incolas ville predicte Pukorzow ab omni iurisdiccione et potestate omnium regni nostri palatinorum, castellanorum, capitaneorum, iudicum, subiudicum, ceterorum officialium et ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel ipsorum aliquo pro causis tam magnis quam parvis, puta furti, incendii, homicidii et membrorum mutilacionis, seu quibusvis aliis enormibus excessibus citati minime respondebunt nec aliquas penas solvere tenebuntur, sed kmethones et incole ville predicte coram suo sculteto, scultetus vero coram suo domino aut coram nobis vel iudice nostro generali, dum tamen per nostram litteram sigillo nostro sigillatam evocatus fuerit et citatus, et hoc si in reddenda iusticia negligens fuerit vel remissus, tunc non aliter, quam suo iure Maydburgensi predicto, de se querulantibus respondere sit asstrictus. In causis autem criminalibus et capitalibus superius expressatis iudicandi, sentenciandi, plectendi, puniendi et condempnandi sculteto pro tempore existenti plenam damus et omnimodam concedimus tenore presencium facultatem, prout hoc ipsum ius Thewtunicum in omnibus suis punctis, sentenciis, condicionibus, articulis et clausulis postulat et requirit, nostris tamen iuribus regalibus in omnibus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum in Nyepolomicze feria quarta post festum sancti Martini episcopi et confessoris anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo octavo, presentibus reverendis in Christo patribus dominis Alberto Primate Gneznensi, Iohanne Leopoliensi Archiepiscopis, Sbigneo Episcopo Cracouiensi, necnon magnificis strenuisque Iohanne de Tharnow (*Cracouiensi* [2]), Nicolao de Michalow Sandomiriensi et Iacobo de Conyeczpole Syradiensi Palatinis, testibus ad premissa Datum per manus

1) Pukarzow w królestwie kongresowem, powiecie tomaszowskim.

2) Wyraz ten w oryginale opuszczony.

venerabilium Iohannis Electi Confirmati Wladislauiensis ecclesie, Cancellarii necnon Wladislai de Opporow decretorum doctoris, Regni Polonie Vicecancellarii, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem eiusdem wenerabilis Iohannis Electi Confirmati Wladislauiensis, R. P. Cancellarii.

Pergaminowy oryginał dobrze zachowany jest własnością JW. Edwarda Xawerego hr. Fredry. Sznur wraz z pieczęcią oderwany.

XVI.

W Płocku 10. Lipca 1430 r.

Książęta Ziemiowit, Kazimierz i Władysław darowują Mikołajowi z Nieborowa, kasztelanowi sochaczewskiemu, dobra Moratyn.


(I)n [1]) nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Semouitus, Kazimirus et Wladislaus Dei gratia duces Mazowie Russieque principes necnon terrarum Plocensis, Rawensis, Sochaczowiensis, Gostinensis, Plonensis dominique et heredes Wyszuensis et Belszensis etc. significamus tam presentibus quam futuris tenore presentium quibus expedit universis, quod attenta sincere servitutis constantia, quam nobis strenuus et nobilis vir, dominus Nicolaus de Nyeborowo, castellanus Sochaczewiensis, fidelis noster dilectus, constanter et fideliter a nonnullis retroactis temporibus inpendit et in futurum divina favente clementia una cum ipsius pueris legittimis nobis nostrisque successoribus est inpensurus, horum igitur intuitu meritorum, volentes ipsum nostris specialibus prosequi gratia et favore ducalibus de munificentia nostra ducali, ut ceteri nobiles exemplo sue remunerationis ducti ad nostra nostrorumque successorum obsequia eo ferventius et copiosius convolarent, prefato domino Nicolao, castellano nostro Sochaczowiensi, et ipsius legittimis successoribus, villam nostram nostri veri ducatus, nulli penitus obnoxiam, Morathino [2]) nuccupatam (*sic*), in districtu nostro Belzensi sitam, dedimus, donavimus, contulimus, apropriavimus et ascripsimus et tenore presentium damus, donamus, conferimus, apropriamus et perpetuis temporibus ascribimus gratiose cum omnibus et singulis dicte wille Morathyno utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, obventionibus ac lucris generaliter universis, puta agris, pratis, campis, argulis, pascuis, silvis, gaiis, mericis, borris, nemoribus, rubetis, virgultis, mellificiis, piscinis, piscariis, aquis tam magnis quam parvis,

---

1) Początkowa litera *I* opuszczona. 2) Moratyn w królestwie kongresowem powiecie tomaszowskim.

stagnis, paludibus ceterisque aquarum decursibus, molendinis factis et faciendis ac cum ceteris universaliter pertinenciis, que ad presens in dicta villa nostra sunt vel in futurum per industriam humanam possint inveniri aut quovismodo augeri, veluti supradicta villa in latum et longum in divisione sua sive graniciis, gadibus et signis permanet et ab aliis villis sive hereditatibus est distincta circumquaque et limitata, cum omni etiam iure et dominio, prout predictam villam soli habuimus, tenuimus et possedimus huc usque, per memoratum dominum Nicolaum et ipsius successores legittimos prefatam villam libere in perpetuum ac hereditarie habendam, tenendam, regendam, gubernandam ac pacifice et quiete perpetuis temporibus possidendam ac etiam vendendam, *(alienandam)*, donandam, comutandam ac in parte vel in toto obligandam et ad usus suos beneplacitos quovismodo convertendam, prout sibi suisque successoribus melius et utilius videbitur fore expeditum, nostra tamen et successorum nostrorum prius habita voluntate pariter et consensu. Preterea volumus, quod incole sive inhabitatores prefate ville censum consuetum per duos grossos Pragenses, quod dicitur podymne, ad cameram necnon post avenam duos grossos communes de qualibet stuba annis singulis perpetuis temporibus super festum sancti Martini confessoris et episcopi venerandi nobis nostrisque successoribus solvere debent et tenentur. Labores etiam castrorum et pontium, edificationes seu reformationes totiens, quotiens opportunum fuerit, sint astricti ad exercendum. Tenebitur aut (*sic*) et debebit prefatus Nicolaus et ipsius successores legittimi pro huiusmodi iuris et gratie nostre donatione nobis et successoribus nostris ad quamlibet expeditionem generalem et specialem servire duobus balestariis seu sagittariis valentibus cum omnibus terrigenis nostris, quotiens nobis successoribusque nostris fuerit opportunum. In cuius rei testimonium sigillum magestatis domini Semoviti dive memorie olim ducis Mazowie, genitoris nostri carissimi, de voluntate et consensu omnium nostrorum presentibus est appensum. Actum et datum in Plocko feria secunda proxima ante festum sancte Margarethe virginis gloriose anno domini M°CCCC^{mo} tricesimo, presentibus ibidem nobilibus viris dominis Zawissio de Kunradzecz Capitaneo pro tempore Plocensi, Andrea de Stralkowo, Zewak de Rosczyschewo, Paulo de Ossizonowo, Andrea de Kozebrodi, Gnathcone de Stepkowo heredibus, Stanislao curie nostre Notario, qui presentia a nobis habuit in comissis et aliis pluribus fidedignis.

Dokument pergaminowy dość dobrze zachowany, z pieczęcią na sznurku skręconym z jedwabiu czarnego i różowego, obecnie znajduje się w posiadaniu JW. Edwarda Xawerego hr. Fredry. Na odwrotnej stronie podobną ręką jak dokument napisano:



Pismo dokumentu tego różni się znacznie od pisma zwykłego z czasu około r. 1430, w którym dokument wystawiono. Jest ono prędzej podobne do pisma z końca XV. wieku.

XVII.

W Krakowie 17. Maja 1436 r.

Władysław Warneńczyk nakazuje Piotrowi Odrowążowi, wojewodzie podolskiemu i staroście samborskiemu, aby oddał Spytkowi z Melsztyna dobra, które Władysław Jagiełło w ostatniej swej woli Spytkowi zwrócić kazał.

Wladislaus Dei gracia Rex Polonie, Litphanie princeps supremus et heres Russie str. 175.
etc. magnifico Petro Odrowasch, palatino Podolie et capitaneo Samboriensi, nostro sincere dilecto, favorem regium et omne bonum. | Magnifice sincere nobis dilecte. Certorum audi- str. 176.
vimus relacione, quomodo serenissimus princeps dominus Wladislaus, Dei gracia felicis et eterne memorie Polonie Rex, progenitor noster percarissimus, in ultima sua voluntate tuam requisivisset sinceritatem pro bonorum et certarum villarum in capitaneatu Samboriensi situatarum et pro nobili Spithkone de Melsthin, milite nostro grate dilecto, per progenitores et tutores suos emptarum et precio duntaxat comparatarum restitucione, ut ipsa sinceritas tua, dum alias in medio fuissemus nostrorum consiliariorum, confessa est publice et recognovit: cuius progenitoris nostri salutem ex intimo desiderantes, volumus et mandamus nostrorum consiliariorum consiliis, quatinus sibi Spithkoni ipsorum bonorum et villarum realem et actualem dabis possessionem, tantummodo illorum, que pro ipso sic spectarent et pertinerent et iudicio per nostros antecessores non essent convincta, ex quo certi nostri recognoscunt consiliarii, quod de bonis sic comparatis nunquam sentencia lata fuit aliqualis; per hoc tamen inscripcionibus tuis, pro eodem capitaneatu datis, nolumus in aliquo derogare. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum Cracouie in die Ascensionis Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo sexto.

Ad relacionem magnifici Nicolai de Michalow
Canonici Craconiensis.

Odpis ręką końca XV. wieku znajduje się w manuskrypcie biblioteki Zakładu narod. im. Ossolińskich pod nr. 1873 od str. 175—176. Następuje on tam zaraz po dokumencie z 6. Sierpnia 1407 umieszczonym tutaj pod Nr. IX.

XVIII.

W Brzozowie 6. Czerwca 1437 r.

Piotr biskup przemyski nadaje bractwu szewców przemyskich odpust czterdziestodniowy, a przywilej ten potwierdzają Jan biskup przemyski w Przemyślu 30. Grudnia 1480 r., Jan arcybiskup lwowski w Przemyślu 28. Grudnia 1483 r., a wreszcie Maciej biskup przemyski w Przemyślu 1505 r. i w Przemyślu 24. Listopada 1511 r.

Petrus Dei gracia episcopus Premisliensis universis christifidelibus, presentes nostras literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Licet is de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter serviatur, de habundancia sue pietatis, que supplicum merita excedit et vota fideliter servientibus sibi multo maiora retribuat, quam valeant promereri, nichilominus tamen desiderantes populum reddere domino acceptabilem et bonorum operum sectatorem fideles Christi ad complendum suo creatori, quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgenciis et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gracie apciores. Cum itaque, sicud (*sic*) accepimus, ad fraternitatem sutorum in civitate Premislia non parva confluxit multitudo, ex quorum fraterna et caritativa unione ecclesia nostra kathedralis beate Marie Virginis et sancti Iohannis in Premislia provisione luminarium ad cultum Dei omnipotentis alacriter pervolventur, fient quoque suffragia animabus fidelium defunctorum, nos cupientes, ut ipsa fraternitas votiva per augmentum personarum ad eam confluencium suscipiat incrementa omnibus utriusque sexus christifidelibus dicte fraternitati incorporatis et in futurum incorporandis, qui eiusdem fraternitatis missas et vigilias statutas visitaverint, easque cum devocione audierint ac contribuciones pro dictis luminaribus et aliis necessariis ad cultum divinum requisitis fecerint aliaque predicte fraternitatis onera portaverint, vere tamen contritis et confessis atque penitentibus de omnipotentis Dei misericordia et beatorum (*Petri et Pau*)li eius apostolorum auctoritate confisi, quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis misericorditer in Domino relaxamus p(*re*)sentibus in perpetuum valituris. Datum in Brzosovia [1]) feria quinta octave corporis Christi anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo nostro

1) Brzozów miasteczko powiatowe i dziś do łacińskiego biskupstwa przemyskiego należące.

sigillo ma*(io)*ri in fidem et testimonium perpetuitatis presentibus subappenso. Quam quidem fraternitatem tenore presencium approbamus, ratificamus et confirmamus in perpetuum.

m. J m. correcta per magistrum Michaelem notarium.

Oryginał pergaminowy, w zgięciach dość znacznie uszkodzony jest własnością cechu szewskiego w Przemyślu. Na sznurku z jedwabiu zielonego i czerwonego wiszą okruchy pieczęci, której czerwone tło zupełnie się zatarło, a z otoku przeczytać się daje . . . . Premisliensis. Prócz tego były tu jeszcze zawieszone trzy pieczęci, po których tylko paski pergaminowe pozostały. Na zagiętce po lewej stronie czytamy dopisek następujący:

Nos vero Iohannes Dei gracia sancte ecclesie metropolitane Leopoliensis archiepiscopus omnibus christifidelibus in gracia Ihesu Christi requirimus et hortamur vobis in remissionem peccatorum vestrorum nichilominus iniungentes, quatinus pro instauracione suprascripte fraternitatis in ecclesia kathedrali Premisliensi erecte luminarium, ornamentorum et aliorum necessariorum comparacione de bonis vestris a domino Deo collatis manus vestras cum elemosinis porrigatis adiutrices, vobis omnibus, qui huiusmodi fraternitati manus adiutrices porrexeritis et quociens id feceritis, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, quadraginta dies indulgenciarum inpartimur et de iniunctis penitenciis in domino relaxamus. Actum et datum Premislie die XXVIII Decembris anno domini 1483.

Po prawej ręce znajduje się następujący dopisek:

Et nos Iohannes Dei et apostolice sedis gracia (*episcopus*) Premisliensis similiter omnibus christifidelibus utriusque sexus quocumque iuxta vim et tenorem literarum preinsertarum eandem fraternitatem tenuerint aut in ipsius augmentum manus quomodolibet porrexerint adiutrices de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi, contritis tamen et confessis ac vere penitentibus, quadraginta dies indulgenciarum presencium tenore largimur et de iniunctis eis penitenciis in Domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum Premislie die penultima Decembris anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo.

Takie samo potwierdzenie i taki sam odpust nadaje jeszcze na odwrotnej stronie biskup przemyski Maciej, podkanclerzy koronny w Przemyślu r. 1505 w miesiącu Grudniu, dnia już odczytać nie można. Wreszcie potwierdził cały powyższy dokument wraz z wszystkimi jego dodatkami, opuszczając tylko własne wymienione właśnie potwierdzenie, ten sam biskup Maciej. Potwierdzenie to brzmi:

Mathias Dei gracia episcopus Premisliensis et regni Polonie cancellarius ad perpetuam rei memoriam significamus tenore presencium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo constituti coram nobis famosi Mathias Wrzask, Petrus Langar et Mathias Krol, archimagistri artis sutorie in civitate Premisliensi, suo et tocius fraternitatis fratrum artis sutorie nominibus privilegium sub titulo et sigillo olim reverendi patris domini Petri, episcopi Premisliensis, coram nobis reproduxerunt. Cuius privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Tutaj następuje cały powyżej oddrukowany dokument, z dodatkami Jana arcybiskupa lwowskiego i Jana biskupa przemyskiego. Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Post cuiusquidem privilegii literarum preinsertarum presentacionem fuimus per prefatos dominos Mathiam Wrzask, Petrum Langar et Mathiam Krol, archimagistros artis sutorie, petiti et cum debita instancia requisiti fuimus, quatenus preinsertum privilegium in omnibus punctis, articulis, capitulis et clausulis ac condicionibus ratificare, confirmare, approbare innovareque et altare speciale in ecclesia cathedrali Premisliensi de consensu venerabilium dominorum prelatorum et canonicorum fratrum nostrorum ecclesie predicte Premisliensis pro legendis missis per presbiterum manualem deputare et assignare iuxta ordinacionem dicte fraternitatis dignaremur. Nos vero Mathias, Dei gracia episcopus Premisliensis et regni Polonie cancellarius prefatus, adtendentes, quia iusta petentibus non est denegandus assensus, prescriptum privilegium una cum concessione indulgenciarum per supra scriptos dominos presules in omnibus et per omnia ratha et grata cum omnibus contentis et descriptis habentes, in omnibus punctis, condicionibus, articulis, clausulis et capitulis ratificavimus, confirmavimus, approbavimus, innovavimus, rathificamusque confirmamus, approbamus et innovamus ac de consensu et voto unanimi venerabilium dominorum fratrum nostrorum prelatorum et canonicorum ecclesie cathedralis Premisliensis nostre altare speciale circa columnam posteriorem ad meridiem pro legendis missis ipsis archimagistris et fratribus artis sutorie assignamus et deputamus, decernentes premissa omnia robur perpetue firmitatis obtinere. Volentes preterea pretactam fraternitatem artis sutorie donis spiritualibus proseqni et ut eo fervencius christifideles sexus utriusque ad eandem fraternitatem habeant affectum charitatis, iuxta vim et formam presentis privilegii omnibus christifidelibus, qui eiusdem fraternitatis missis et vigiliis statutis temporibus interfuerint et unum Pater Noster, Ave Maria et Credo pro fratribus defunctis oraverint, quadraginta dies indulgenciarum de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi et de iniunctis penitenciis, quotiens id fecerint, in domino misericorditer relaxamus et easdem indulgencias concedimus perpetue et in evum. In cuius rei testimonium nostrum et capituli nostri sigilla presentibus sunt subappensa. Actum et datum Premislie in sinodo diocesis in

ecclesia nostra cathedrali Premisliensi solemniter celebrato die Lune, vigesima quarta mensis Novembris anno domini millesimo quingentesimo undecimo, presentibus venerabilibus dominis Seuerino Herborth de Felschtyn Preposito, Paulo de Konivschky Archidiacono, Nicolao Blazeyowszky Custode, Stefano Lochowszki Vicario in spiritualibus et Officiali, Nicolao Rokosz magistro, Matheo de Boleslaviecz et Iacobo Guth de Plycheczyn Canonicis ecclesie nostre prefate Premisliensis et aliis quampluribus ecclesiarum parochialium rectoribus et notariis curie, testibus circa premissa.

Oryginał pergaminowy jest własnością cechu szewskiego w Przemyślu. Zawieszone były niegdyś trzy pieczęci, po dwóch pozostały paski pergaminowe, po trzeciej wypłowiały sznurek jedwabny z puszką blaszaną i resztką pieczęci. Po lewej stronie u dołu znajdujemy następujący dopisek:

Viso et lecto hoc privilegio antecessorum nostrorum in nomine Domini aprobamus. Georgius Albrachtus Denhoff Episcopus Premisliensis, supremus Regni Polonie Cancellarius [1]). Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus loci ordinarius suprascriptus idem privilegium subscripsit die 19. mensis Aprilis 1697 et sigillum suum imprimi demandavit.

Michael Mielecki Suae Illmae ac Rdmae Celsitudinis Notarius actuarius manu propria.

XIX.

W Samborze 4. Sierpnia 1439 r.

Władysław Warneńczyk pozwala szewcom ruskim, pod zamkiem przemyskim osiadłym, zajmować się swem rzemiosłem i nadaje im inne jeszcze prawa, rozkazując zarazem starostom przemyskim, aby ich przy takowych zachowali.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Vladislaus tertius Dei gracia Rex Poloniae, necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Lanciciae, Cuiaviae, Lithuaniae princeps supremus, Pomeraniae Russiaeque dominus et heres etc. significamus tenore praesencium, quibus expedit, universis praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris, quomodo volentes, ut civitas nostra Przemysliensis commoditate gaudeat paeculiari ex pluralitate quoque artificum possit recipere sui feliciter incrementa utque terri-

1) Wszystko to własnorącznie, odtąd inną ręką.

genae circa eandem civitatem commorantes et ipsiusmet incolae necessaria ipsis possint uberius comparare in foro competenciori, indulsimus, concessimus, dedimus et tenore praesentium damus omnimodam libertatem temporibus perpetuis duraturam sutoribus nostris Ruthenicalibus, sub castro nostro Przemysliensi manentibus et moram ducentibus, artem ipsorum sutoriam, prout ab antiquo laborabant et exercebant, exercere, laborare et ad eam quomodolibet necessaria in foro et extra forum eiusdem civitatis emere, vendere, commutare et de factis per eos induitiis disponere libere, secure et sine quovis advocati, consulum, civium, incolarum, sutorum et quorumcunque hominum eiusdem civitatis Polonicalium et in iure Teutonico manentium impedimento, prout alii ipsius civitatis Przemysliensis sutores laborant, emunt, vendunt et exercent. Ita tamen quod solutiones census, in quibus locati sunt et laborum iuvamina, quae ab antiquo faciebant et solvebant, etiam temporibus perpetuis solvere tenebuntur nobis et debebunt. Quocirca vobis omnibus capitaneis Przemysliensibus aliisque omnibus et singulis castri, terrae et civitatis supradictae officialibus, pro tempore existentibus, quibuscunque mandamus seriose, quatinus ipsos sutores nostros Ruthenicales sub praedicto castro Przemisliensi moram ducentes ultra praesentem libertatem nostram nulla impedire aut molestare praesumatis racione, nostrae graciae sub obtentu secus facere non ausuri. Actum in Schambor feria tertia proxima post festum sancti Petri apostoli ad vincula anno domini millessimo quadringentesimo tricesimo nono, praesentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Ioanne Archiepiscopo Leopoliensi, magnificisque et reverendis Ierando de Brudzow Iunivladislaviensi, Petro Odrowasz Leopoliensi Palatinis, Clemente de Strzelce Sandomiriensi, Sculcone de Sienno Leopoliensi, Iohanne de Knychinicze Haliciensi Castellanis, et aliis multis fide dignis testibus circa praemissa. Datum per manus magnifici Petri Voda de Szczekocin Regni Poloniae Vicecancellarii, sincere nobis dilecti.

Ad relationem eiusdem magnifici Petri Voda
de Szczekocin R. P. Vicecancellarii.

Dokument ten potwierdził Zygmunt August Pyotrcoviae in conventione regni nostri generali feria quarta in crastino sancti Nicolai proxima (7. Grudnia) 1558. Drugie potwierdzenie jest Zygmunta III. Varssoviae die ultima mensis Martii 1600. Trzecie potwierdzenie jest Jana Kazimierza: Leopoli die IV. mensis Augusti 1653.

Dokument pergaminowy ostatniego potwierdzenia jest w posiadaniu cechu szewskiego w Przemyślu. Na sznurku jedwabnym koloru zielonego zawieszoną była pieczęć, która dziś odpadła, pozostało tylko wieczko blaszane od puszki, w której pieczęć zachowaną była.

XX.

W Budzie 29. Września 1442 r.

Władysław Warneńczyk darowuje Tomaszowi z Hynkowic w celu wynagrodzenia go za wieloletnie gorliwe służby a zwłaszcza za podróż do Tatarów, wieś Hynkowce i pustkowie Uhrynkowce, na Podolu w obwodzie czerwonogrodzkim leżące, pod warunkiem płacenia 2 groszy podymnego i osobistego tamże zamieszkania.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum prudenter occurrimus incomodis, dum gesta etatis nostre literarum apicibus et testium annotacione perhennamus, ne lapsu temporis evanescant, proinde nos Wladislaus Dei gratia Hungarie, Polonie, Dalmatie, Croatie, Rascie, Servie, Sclavonie etc. Rex, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Lithwanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presentium, quibus expedit, universis presentibus et futuris, presentium noticiam habituris, quod nos consideratis fidelibus serviciis fidelis nostri strennui Thome de Hynkowcze, militis grate dilecti, que in retroactis temporibus usque in presens tam olim serenissimo genitori nostro beate memorie, quam etiam nobis circa defensionem terrarum nostrarum Podolie a gentilium incursu et signanter in presentiarum peragendo iter sumptuosum in Thartariam pro bono pacis ipsarum terrarum, singulariter maiestati nostre gratum se reddens, fideliter exhibuit et adhuc exhibere poterit in futurum, pro eo volentes eundem singulari favore nostro prosequi et facere ad ulteriora servicia nostra prompciorem, sibi villam nostram et hereditatem totalem Hynkowcze dictam et vastitatem seu hereditatem desertam Vhrynkowcze [1]), in terra Podolie et districtu Czirwonogrodensi sitas et super flumine Volchovycz iacentes, prout in suis metis et graniciis longe lateque et circumferencialiter limitate sunt et distincte cum omni dominio et proprietate iure . . . . [2]) dedimus, donavimus damusque, donamus, asscribimus tenore presencium mediante donacione perpetua et irrevocabili et quasquidem villas seu hereditates totales superius expressatas ipse Thomas (*et eius*) legittimi posteri cum omnibus suis utilitatibus, fructibus, censibus, redditibus, proventibus, allodiis, curiis, agris cultis et incultis, arwis, campis, pratis, pascuis, silvis, araturis, borris, nemoribus, gaiis, virgultis, rubetis, sereptis, fluminibus, lacubus, piscinis, piscaturis, stangnis, paludinibus, torrentibus, rivulis, aquis et earum decursibus, molendinis, emolumentis, montibus, vallibus, premonticulis, venacionibus, aucu-

---

1) Hinkowce i Uhrynkowce wsie w powiecie zaleszczyckim. 2) Dwa do trzech wyrazów wypełznięte.

pacionibus, mellificiis et generaliter cum omnibus et singulis attinenciis, pertinenciis et appendiis universis, ad predictas villas ab antiquo quomodolibet pertinentibus, nichil dominii et proprietatis pro nobis in eisdem reservantes, habebit, tenebit, utifruetur et quiete in evum possidebit, vendet quoque, permutabit, alienabit et in usus suos beneplacitos convertet, prout eius libuerit voluntati, excepta duorum grossorum exactione, podymne dicta, quam pro nobis reservamus. Racione cuius quidem donacionis ipse Thomas et sui successores legittimi ad quamlibet generalem expedicionem cum una hasta et quatuor sagittariis nobis et successoribus nostris legittimis servire tenebuntur et sint astricti temporibus in evum successuris. Hoc eciam specialiter expresso, quod ipse Thomas et sui posteri legittimi in eisdem (*villis*) debet et debebunt facere residenciam personalem. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum Bude die Sabbato ipso festo sancti Michaelis gloriosi Archangeli anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, presentibus ibidem reverendo in Christo domino Iohanne Archiepiscopo Leopoliensi, magnificis ac nobilibus Laurencio de Hederwara Regni Hungarie, Petro Odrowanschs de Sprowa Leopoliensi, Hriczkone de Pomorzani Podolie Palatinis, Laurencio Zaramba de Calynowa Siradiensi, Predborio de Conyeczpole Rosperiensi Castellanis et Petro Scora Iudice Poznaniensi et aliis quampluribus fidelibus nostris fidedignis, testibus ad premissa. Datum per manus magnificorum Iohannis de Conyeczpole Cancellarii et Petri de Szczekoczini Vicecancellarii Regni Polonie, fidelium nostrorum, sincere nobis dilectorum.

Relacio Magnifici Iohannis de Conyeczpole
Regni Polonie Cancellarii predicti.

Dokument pergaminowy bardzo wypłowiały i tylko za użyciem środków chemicznych odczytać się dający znajduje się w posiadaniu Wnego. Cieńskiego z Okna. Na sznurach zawieszoną była pieczęć, która wraz z nimi zaginęła. Na zagiętce napisano: *Lectum per Albertum de Zichlin Regni Polonie vicecancellarium* i: *Registrata.*

XXI.

W Budzie 2. Stycznia 1443 r.

Władysław Warneńczyk zaprzecza autentyczności przywileju, który ma się znajdować w posiadaniu Jana Mzurowskiego na wójtostwo i wieś Manczykowice i ponawia zarazem swe dawniejsze nadanie tegoż wójtostwa i dóbr Andrzejowi z Pomorzan, swemu pisarzowi.

Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lithuanieque princeps suppremus, dominus et heres Russie etc. magnificis ac generosis Iohanni de Czi-

szow, castellano et capitaneo Cracouiensi ac vices et locum nostrum in Regno nostro Polonie tenenti, Petro Odrowansch de Sprowa, pallatino ac capitaneo Leopoliensi, Predborio de Conieczpole, Sandomiriensi castellano et capitaneo Premisliensi, et aliis pro tempore constitutis presentibus requirendis, sincere nobis dilectis, graciam cum favore regio. Magnifici ac Generosi sincere nobis Dilecti! Informati sumus, quomodo quidam Iohannes antiqus (*sic*) Mzurowsky literas de probacione et restitucione bonorum ville et scultecie in Manczicowice [1]) dicit se habere nostras, de quibus tamen literis nostre maiestati nichil constat. Et quoniam predicta bona nobili Andree de Pomorzani, notario nostro, intuitu serviciorum fidelium suorum, sculteciam videlicet, quam iure coram vobis Iohanne de Cziszow Cracouiensi et Predborio Sandomiriensi castellanis prefatis aquisivit perpetue et villam predictam Manczicowice ad tempora vite sue dedimus graciose. Eatenus sinceritatibus vestris committimus seriose et mandamus per presentes et omnino volentes habere, quatenus prefatum Andream notarium nostrum circa literas nostras et iura non infringentes ea in auctoritate nostra regia conservetis et conservare debeatis nec ipsum in possessione predictorum bonorum impedire presumatis quoquomodo, non attentis literis quibuscunque nostris predicto Iohanni Mzurowsky in contrarium his ante vel post datis vel dandis. Secus igitur pro gracia nostra facere non ausuri. Datum Bude feria quarta proxima post festum Circumcisionis Christi anno millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio.

Dominus Rex per Iohannem Craska Prepositum Leopoliensem.

Oryginał pergaminowy, przez pół pęknięty, znajduje się w archiwum miejskiem w Przemyślu nr. 2. Po pieczęci, której dziś już nie ma, pozostał tylko pasek pergaminowy.

XXII.

W Bełzie 24. Stycznia 1444.

Władysław, książe mazowiecki, poświadcza, iż Jan Jesz z Markowa, chorąży sochaczewski, sprzedał swą wieś Grodzisławice, w obwodzie bełzkim leżącą, Janowi z Nieborowa za dwieście grzywien monety krakowskiej.

(I)N nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Wladislaus Dei gracia Dux Mazowie Russieque princeps necnon terrarum Plocensis, Ravensis, Sochaczeuiensis, Gostinensis, Plonensis, Zawkrzensis, dominus et heres Wisznensis et Belzensis etc. significamus

1) Tej nazwy wsi dzisiaj nie ma, znajdują się atoli w pobliżu Przemyśla Maćkowice.

presentibus et futuris tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo ad nostram nostrorumque nobilium, tunc nobiscum existencium, presenciam veniens personaliter generosus Iohannes Iesch [1]) de Markowo vexillifer Sochaczeuiensis non compulsus, non coactus nec aliquo dolo aut fraude seductus, sed sanus utroque spiritu *(sic)* existens, annicorum (*sic*) suorum salubri fretus consilio ac matura deliberacione prehabita, sponte et per expressum recognovit: quia villam suam sive hereditatem, Hradzyslawicze [2]) dictam, in districtu nostro Belzensi sitam, cum omnibus et singulis diete ville sive hereditatis utilitatibus, fructibus, redditibus, proventibus, censibus, obvencionibus ac lucris generaliter universis, puta agris, pratis, campis, pascuis, silvis, gaiis, mericis, rubetis, borris, nemoribus, virgultis, mellificiis, piscinis, lacubus, paludibus, rivulis, torrentibus, piscariis, aquis et aquarum decursibus, molendinis factis et faciendis ac emolimentis et generaliter omnibus obvencionibus ad dictam villam sive hereditatem quomodolibet ab antiquo spectantibus, prout in longum et latum in suis graniciis, limittibus et signis dicta villa est distincta et limitata et ab aliis villis sive hereditatibus divisa, que in eadem ad presens sunt vel imposterum per humanam industriam inveniri possint, seu quomodolibet augmentari, quibuscumque nominibus vocitentur, nichil iuris, proprietatis, dominii aut alicuius proventus in eadem villa sibi et suis successoribus reservando, sed cum omni iure et dominio, prout solus tenuit, habuit et hucusque possedit, strennuo Iohanni de Nyeborowo et ipsius successoribus legittimis pro ducentis marcis monethe et numeri Cracouiensis in perpetuum vendidit et coram nobis titulo vendicionis iusto *(eandem)* resignavit, per prefatum Iohannem et suos legittimos successores tenendam, habendam, regendam, gubernandam, utifruendam ac pacifice et quiete perpetuis temporibus possidendam necnon vendendam, donandam, dandam, comutandam, obligandam in parte vel in toto et ad usus ipsius et successorum eius beneplacitos convertendam, prout sibi suisque successoribus melius et utilius videbitur fore expeditum, nostra tamen et successorum nostrorum prius habita et requisita voluntate pariter et consensu. In cuius rei testimonium sigillum nostre maiestatis presentibus est appensum sigilloque minori cera rubra propter maiorem fidem a tergo impresso. Actum et datum in Belz feria sexta vigilie Conversionis sancti Pauli apostoli anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, presentibus ibidem magnifico, strennuis et nobilibus dominis fidelibus nostris Nicolao Mnich olim ducis Kazimiri, Golyasch de Mlicze [3]) Curie nostre Malschalcis *(sic)*, Gotardo de Rybno Cancellario Gostinensi, Wenceslao Capitaneo

---

1) W kod. dypl. mazow. str. 209 nazywa on się Iohannes Gesch vexill. soch.

2) Grodysławice w Królestwie kongresowem, powiecie tomaszowskim.

3) W dokumencie z 1440 (Kod. dypl. Mazow. 202) zwie on się „Swanthoslaus dictus Goliasch de Mlicze, curie nostre (Wladislai) Marschalcus.“

Belzensi, Iohanne de Koschebrodi, Martino Losch de Sykorz et Stanislao Cancellario Wisznensi et aliis quam pluribus testibus fidedignis. Datum per manus generosi Ratiborii Curie nostre Cancellarii [1]), qui presencia habuit a nobis in comissis.

Oryginał pergaminowy nieco uszkodzony, dość starannie pisany znajduje się w posiadaniu JW. Edwarda Xawerego hr. Fredry. Na sznurze z czerwonego i białego jedwabiu zawieszoną była pieczęć, która z czasem odpadła. Na odwrotnej stronie ręką XVII. wieku zapiska: „Vexillifer Sochacoviensis Ioanni de Nieborowo Grodzislawice donat. Anno 1444."

XXIII.

W Samborze 26. Sierpnia 1451 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza fundacyą kościoła św. Trójcy w mieście Krasnempolu, dodając do tego ze swej strony 20 beczek drobnej soli z żup królewskich w Soli w obwodzie przemyskim.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cvyauie, magnus dux Lithwanie, dominus et heres Russie significamus presencium tenore, quibus expedit universis, presentibus et futuris, horum noticiam habituris, quomodo zelo devocionis accensi, quo precipue ecclesiasticas personas in administracione necessariorum intuemur alimentorum, ut sic iudicii extremi valeamus severitatem piis operibus in largicione elemosinarum evitare, dum divino cultui servientibus personis benigno favore succurrimus; horum intuitu ecclesiam parrochialem nove fundacionis in oppido nostro Crasnepole, [2]) in honorem sancte Trinitatis noviter dedicatam et fundatam, simulque cum oppidi errectione constructam graciosis circumspicientes oculis, et eius primum rectorem discretum Michaelem de Denow [3]) suosque successores volentes ad servicia Dei prompciores reddere, ipsis omnes agros cum pratis et aliis usibus in privilegio advocacie nove erreccionis oppidi prefati Crasnepole expressos, tamquam hic essent specialibus vocabulis omnia denominata et dinumerata, ad rectorum ecclesie usum ascriptos perpetue gratificamus ac ascribimus, damus et largimur perpetuo et in evum. Addentes preterea denuo et largientes de zuppa nostra Soll [4]) dicta, in terra Russie et districtu Premisliensi sita, racione annui salarii viginti vasa,

1) W dok. tegoż Władysława „Sochaczow f. III. ante f. nativ. Marie V." jest on nazwanym „Rathiborius nostre terre plocensis *notarius*." 2) Krasnopol czyli Niżankowice miasteczko w powiecie przemyskim. 3) Dynów miasteczko w powiecie brzozowskim. 4) Solca w powiecie przemyskim pod Niżankowicami.

vulgariter Beczki dicta, salis minuti, per ipsum Michaelem modernum rectorem ecclesie et suos sequaces, seu posteros levanda, ascribendo pure propter Deum per quinque huiusmodi vasa, dicta Beczki, super quodlibet quatuortempus anni percipienda et levanda, similiter perpetuis temporibus et in evum. Quocirca tibi honorabili Petro Gorski, notario nostro, aut qui eiusdem zuppe pro tempore fuerint zupparii, mandamus, omnino habere volentes, quatenus prefato Michaeli plebano et qui similiter successu futurorum temporum fuerint plebani, sic ut prefertur, de quinque vasis super quodlibet quatuortempus salis minuti perpetuis temporibus respondere debeatis, tradendo et dando, reali in effectu ad unam marcam pecuniarum pro sustentacione eorumdem plebanorum; sub gracia nostra aliter facere non ausuri. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio litterarum. Actum in Sambor feria quinta proxima post festum sancti Bartholomei Appostoli anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, presentibus ibidem magnificis, venerabilibus et generosis Predborio de C*(oniecz)*po*(le)* Sandomiriensi Castellano et Premisliensi Capitaneo, Nicolao de Brzesye Regni Polonie Marschalco, Iacobo de Senno Cracouiensis, Iohanne de Sprowa Sandomiriensis ecclesiarum Prepositis, Andrea Odrowansch Leopoliensi Capitaneo, Iohanne Beyzath de Mokrsko Vexillifero, Barthossio de Gora Iudice Cracouiensibus, Nicolao de Panchow Subiudice Sandomiriensi, ceterisque quampluribus baronibus fidedignis. Datum per manus magnificorum Iohannis de Coneczpole Cancellarii et Petri de Szczekoczini Vicecancellarii Regni Polonie, sincere nobis dilectorum.

Relacio eiusdem magnifici Iohannis de Coneczpole Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał na pergaminie będący własnością p. Antoniego Sznejdera we Lwowie, w kilku miejscach nieznacznie wypelznięty, pieczęć wraz z sznurem, na którym wisiala, oderwana. Na zagiętce dokumentu po prawej stronie zapis z r. 1706 brzmiący „1706 9na Iulii in actu Visitacionis generalis productum et exhibitum," po lewej zaś stronie zagiętki dokumentu umieszczona zapiska, która wskazuje, że dokument ten był oblatowanym w grodzie przemyskim na dniu 11. Grudnia (Feria tertia ante festum Sanctae Luciae Virginis et Martiris proxima) 1759 r. Na zewnętrznej stronie pergaminu napisów kilka, zbyt wypelzniętych, aby je można odcyfrować. Czytelnym jest tylko napis pochodzący z 17. wieku: „*Fundacio Plebanatus in Nyczankowice.*" Poniżej tego napisu umieszczony zapis oblaty w grodzie przemyskim na dniu 22. Paźdz. (Feria tercia post festum Sancti Lucae Evangelistae proxima) 1630 r.

XXIV.

We Wrocławiu 24. Października 1455 r.

Rajcy miasta Wrocławia poświadczają, że Jan Gartner, mieszczanin wrocławski, ustanowił prokuratorem swym Henryka Gartnera, rodzonego swego brata.

Nos consules civitatis Wratislauiensis presencium tenore, quibus expedit, recognoscimus, universis palam profitentes, quod coram nobis et consulatus nostri presentia personaliter constitutus honestus Iohannes Gartner, civis noster, constituit, fecit, nominavit et solemniter ordinavit modo et via, quibus rite est fieri et consuetum, in suum verum ac legittimum procuratorem, actorem, factorem negociorumque suorum gestorem et nunctium specialem honestum Henricum Gartner,[1]) germanum et fratrem suum legittimum dilectum, presentium exhibitorem; dans et concedens ei plenam totam potestatem et omnimodam facultatem repetendi, exigendi, tollendi ac percipiendi omnia sua credita et debita cum quibuscunque personis ecclesiasticis sive secularibus hic et ubique existentibus aut ubilibet morantibus, per ipsum aut suo nomine contracta, exposita aut extradita sibique vere et legittime obligata, tam in iudicio quam extra, cum plenaria potestate de huiusmodi debitis per ipsum perceptis et levatis quittandi et pactandi, de ulterius non petendo faciendi, unum quoque vel plures procuratorem vel procuratores loco sui substituendi ac surrogandi, et eundem vel eosdem revocandi; omneque procuracionis huiusmodi, tociens quociens sibi visum fuerit, expediendo in se reasumendi et generaliter omnia alia et singula, que in premissis et circa ea fuerint negocia seu quomodolibet opportuna; et que ipsemet constituens faceret seu facere posset, si premissis omnibus et singulis propria in persona interesset. Eciam si talia essent, que mandatum exigant magis speciale. Nichilominusque promittens ratum, gratum atque firmum perpetue se habiturum totum id et quitquid per dictum suum procuratorem substitutum vel substitutos vel substituendos ab eo actum, factum, gestum sive procuratum fuerit in premissis aut quomodolibet premissorum. In cuius rei testimonium nostre civitatis sigillum presentibus est subappressum. Datum sexta feria ante festum Simonis et Iude apostolorum anno etc. L quinto.

Acta Officii consularis z r. 1460 w arch. m. Lwowa I, 11, nr. 30.

---

1) Prokurator ten stawił się potem we Lwowie dla ściągnięcia różnych sum, które się od kupców lwowskich Janowi Gartnerowi należały.

XXV.

We Lwowie 9. Stycznia 1457 r.

Ścibor z Wiszni sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Dobiesław z Żyrawicy starosta łowicki, jako pełnomocnik żony swej Anny, pokwitował rajców lwowskich z odebrania należącego się żonie jego spadku po ojcu jej Janie Schropie.

Nos Stiborius de Wisznya iudex et Iohannes de Wissoke subiudex terre Leopoliensis generales significamus tenore presencium omnibus, tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris, quibus expedit generaliter universis, quomodo ad nostram et aliorum dominorum dignitariorum, nobiscum iudicio terrestri residencium, presenciam veniens generosus dominus Dobeslaus de Zyrawicza capitaneus Lowiciensis [1]) cum sufficienti mandato et procuratorio ab Anna filia Iohannis Schrop, olim civis Leopoliensis, uxore sua legittima, non compulsus nec coactus neque aliquo errore devio seductus, recognovit de sua libera ac spontanea voluntate: quia famosi consules moderni et antiqui civitatis Leopoliensis in vim concordie ex parte dicti domini Dobeslai et uxoris sue legittime per dictos consules cum magnifico domino Andrea Odrowansch de Sprowa, pallatino et capitaneo terre Russie generali, inite et postmodum per ipsum dominum Dobeslaum rathihabite et approbate, de omnibus bonis videlicet hereditatibus, mercanciis et pecuniis quibusvis ceterisque bonis, quocunque nomine vocitentur, que ad ipsam Annam uxorem ipsius domini Dobeslai post mortem predicti Iohannis Schrop ad ipsam iure hereditario fuerant legittime devoluta et que dumptaxat in possessione ipsorum consulum sunt tenta, sibi domino Dobeslao plenariam et actualem fecerunt solucionem et sufficientem satisfaccionem, promittens suo predicteque uxoris sue et omnium successorum suorum legittimis nominibus, predictos dominos consules presentes et qui pro tempore fuerint racione premissorum bonorum nunquam velle impetere nec aliquo quesito colore ipsos impulsare, sed ipsos de predictis bonis nominibus, quibus supra liberos emisit et eos quittavit per presentes temporibus eviternis, et sibi ipsi cum suis successoribus pro premissis omnibus silencium fecit perpetuum. Super quo per dominos consules positum est memoriale. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli die

---

1) Porównaj dyplomataryusz mogilski dok. nr. 140 z r. 1462, gdzie się tenże Dobiesław z Żyrawicy czyli ze Sprowy pisze także starostą łowickim. W 1462 był jednak zarazem kasztelanem przemyskim.

Dominico proximo post festum Epiphanie Domini anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, presentibus generosis et nobilibus Iohanne Cola de Daleyowo Succamerario Haliciensi, Petro de Brancze, Petro Wapowski de Radochonicze, Iacobo de Wissoke, Nicolao Slappa de Kowinicze, Nicolao alias Nikel de Podhorcze et aliis quam pluribus fide dignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa Nr. CCXXV. U dołu na okrawkach pergaminowych zawieszone pieczęci woskowe, jedna z herbem Jastrzębiec sędziego, druga z herbem Odrowąż — podsędka.

XXVI.

W Kołomyi 3. Lutego 1458 r.

Andrzej Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta ruski, i Michał czyli Mużyło, starosta śniatyński i kołomyjski, wraz z całym szeregiem panów ruskich wydają przepisy dotyczące nieprawnego zatrzymywania koni i wołów kupieckich na drogach kołomyjskich i śniatyńskich.

Nos Andreas Odrowansch de Sprowa, palatinus et capitaneus terre Russie generalis, et Michael alias Muszylo, capitaneus Snathinensis et Colomyensis, una cum dominis infrascriptis, videlicet Iohanne de Chnychynycze castellano Halicensi, Hynathkone de Kothyszcza iudice Halicensi, Sigismundo Kyerdey Camyenecensi, Iohanne Cola Halicensi succamerariis, Petro Godowsky vexillifero Halicensi, Iohanne Cola Martinowsky, Iohanne Prokowycz de Strilcze, Romano de Knyeszywdor et aliis quam pluribus existentibus circa premissa tenore presencium significamus, quibus expedit universis, quomodo cupientes meliorem ordinem pro evitando errore, communis boni harum terrarum ponere pro iniustis arestationibus equorum vel bovum et aliorum peccorum, que hic sepissime contingunt per homines extraneos, de alienis partibus venientes et etiam vicinos, tali conditione et fine perpetue conclusimus, decernentes robur perpetue firmitatis obtineri; ita tamen sub hys interpositis conditionibus, quod in viis benivolis regalibus in villis et opidis inter Colarzyn[1]) et Zukow[2]) hic adiacentibus, vel per kmethones etc. Quod si quis homo cuiuscumque status vel conditionis aut eminentie vel constitutionis[3]) existat ex decreto nostro adinvento, specialiter sentenciamus: Quod si quis illorum bovem vel equum sive aliquod aliud pecus,

---

1) Kołaczyn wieś w powiecie śniatyńskim. 2) Żukow wieś w powiecie kołomyjskim. 3) Wyraz ten podskrobany.

huiusmodi in via benivola et regali aput (*sic*) hospites de Walachia vel de Leopoli proficiscentes iniuste sive etiam iuste arestaverit, tunc actor sive arestans debet arrestare, sed non debet institores sive emptores etiam cuiuscunque peccoris in viis ipsorum, quo transeunt cum ipsorum mercanciis, inquietare sive etiam aliquo modo tardare; sed debet ipse actor sive arestans post bovem insequi vestigia in civitatem seu ad civitatem Colomyą, (*sic*) pro eodem peccore sine bove lucrando; et super eo bove sive peccore arestato comissimus consulibus civitatis Colomyensis, et omnimode concessimus utramque partem iudicare. Et quicquid ipsi consules civitatis Colomyensis iudicaverint, hoc debet utraque pars firmum et ratum tenere. Et sive villanus bovem aut equum aut alius aliquis homo arestaverit, ille tenetur docere, duobus vicinis viris honestis, circum se iacentibus, alias obapolnymy, ville eiusdem, sub iuramento corporali, prestito more solito, Ruthenus circa ecclesiam suam et Christianus more consueto Deum pre oculis habendo, si bos est sue conservationis vel emptionis et aput (*sic*) quem ipsum emit. Et quecunque pars sufficientiori testimonio probaverit, huiusmodi pecus esse ipsius, iure superlucrato, obtinebit. Et hoc discretioni consulum civitatis Colomyensis comisimus et comittimus, et super hys eorum conscientias oneramus, superans vero in lucro pro memoriali octo grossiculis vos consules civitatis Colomyensis subornare debet, meditatem (*sic*) consulibus et medietate (*sic*) officiali regali. Et reus taxam, pro qua peccus fuerit taxatum solvere tenetur, alias polyanye, heredi illius hereditatis, ubi est pecus arestatum; et solutio huiusmodi fieri debet in Colomya coram consulibus civitatis Colomyensis sub bona caucione fideiussoria. Et si contingat, quod idem prius arestans aliquod pecus, vel aliquis ex ipsius testibus secundario arestaverit, tunc idem cum sex honestis viris debet docere, quod suus verus bos vel equus esset cum iuramento corporali more solito, et si terciario, idem cercius ex hys testibus debet pena castigari secundum decretum vestrum. In cuius rei evidentius testimonium sigilla nostra sunt presentibus est (*sic*) appensum (*sic*). Datum in Colomya feria sexta proxima post festum Purificationis Sancte Marie anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa Nr. 186; na paskach pergaminowych zawieszone dwie pieczęci, pierwsza wojewody z odciskiem herbu Odrowąż na wosku zielonym, druga starosty kołomyjskiego z odciskiem herbu Habdank na wosku zwyczajnym.

XXVII.

W Żydaczowie 10. Kwietnia 1458 r.

Ścibor z Wiszni sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy unieważniają zapis 63 grzywien, który na wsi Jaczka Dzieduszyckiego Lekczynie miał Juchno Nagwaszdan.

Nos Stiborius de Wysznya iudex et Iohannes de Wyszokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium omnibus tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quibus expedit generaliter universis, quomodo ad nostram et aliorum dominorum nobiscum tunc iudicio terrestri Zydaczowiensi residencium presenciam veniens personaliter nobilis Ivchno alias Nagwaszdan de Sthankow, non compulsus, nec coactus, neque aliquo errore devio seductus, sed sanus mente pariter et corpore existens, de sua libera ac spontanea voluntate recognovit, quia villam dictam Lekczyn[1]), quam nobilis Iaczko Dzyedoschyczky in sexaginta et tribus mercis (*sic*) prefato Ivchno Nagwaszdano invadiavit, cui prefato Ivchno alias Nagwaszdan prefatas sexaginta et tres mercas (*sic*) monete et numeri polonicalis consweti, in quilibet (*sic*) marcam quadraginta et octo grossi (*sic*) computando, prefatus Iaczko Dzyedoschyczky pro predictis bonis videlicet Lekczyn plenarie exolvit (*sic*) et totaliter totalem solucionem fecit; qui prefatus Ivchno Nagwaszdan summam pecuniarum predictam per ipsum recepit a predicto Iaczkone Dzyedoschyczky omnes inscripciones seu obligaciones, quas prefatus Ivchno Nagwaszdan super predicta bona videlicet Lekczyn habebat seu habuit tam in libris terrestribus Leopoliensibus, quam in libris terrestribus Zydaczowyensibus mortificavit et mortificat et nos supradicti iudex et subiudex in perpetuum mortificamus. Qui prefatus Iaczko Dzyedoschyczky super hoc memoriale iudicio posuit, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Acta sunt hec in Zydaczow feria secunda proxima post Conductum Pasce anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, presentibus generosis, nobilibus Ivrscha de Chodorowsthaw, Paulo Ivrkowszky de Czarturia, Raszko Sznilynyszcz (*sic*), Chwedko Czolhanszky, Steczko Raszkowycz, Iwaszko Dolypszky, Daniele de Oschow, Chwyedko Rachynszky et aliis quam pluribus fidedignis ad premissa testibus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 187; na paskach pergaminowych zawieszone dwie pieczęci na zwyczajnym wosku wyciśnięte, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Szeliga, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

---

1) Pewno Leszczyn w dzisiejszym powiecie bobreckim.

XXVIII.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 28. Kwietnia 1458 r.

Kazimierz Jagiellończyk przenosi wszystkich mieszczan i przedmieszczan przemyskich i ich poddanych na prawo niemieckie.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum prudenter occurrimus incommodis, dum gesta aetatis nostrae literarum apicibus et testium annotacione perhennamus, proinde nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lancicyae, Cuiaviae, magnus dux Lithwaniae, Pomeraniae, Russiae Prussiaeque dominus et heres significamus tenore praesentium, quibus expedit universis, praesentibus et futuris, praesentium noticiam habituris, quomodo ad nostrae maiestatis venientes praesentiam providi consules ex parte totius communitatis civitatis nostrae Premisliensis nobis humiliter supplicarunt, quatenus omnes et singulos cives seu incolas et suburbanos Premislienses et eorum subditos de iure Polonico et quovis alio in ius Theutonicum transferre dignaremur. Nos vero iustis eorum petitionibus benigniter acclinati, omnes et singulos cives seu incolas et suburbanos Premislienses civitatis praedictae eorumque subditos, prout in eorum limitum distinctione consistunt limitati, de iure Polonico, Rutenico et quovis alio in ius Theutonicum, quod Maydenburgense dicitur, transferimus perpetue duraturum; removentes ibidem omnia iura Polonica, Rutenicalia et quaevis alia, modos et consuetudines universas, quae ipsum ius Theutonicum plerumque perturbare consueverunt. Absolvimus insuper, eximimus et perpetuo liberamus omnes et singulos predictae civitatis Premisliensis incolas, suburbanos et subditos eorundem ab omni iurisdictione, iudicio et potestate omnium regni nostri Poloniae palatinorum, castellanorum, capitaneorum, iudicum, subiudicum, succamerariorum caeterorumque officialium et ministerialium eorundem, ut coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis magnis sive parvis, puta furti, incendii, homicidii ac membrorum mutilatione seu quibusvis aliis enormibus excessibus citati minime respondere teneantur, nec aliquas penas proinde solvere tenebuntur, sed omnes cives, incolae et suburbani necnon subditi eorundem coram suo advocato; advocatus vero coram nobis aut coram iudice nostro generali, dummodo per literam nostram nostro sigillo sigillatam evocatus fuerit vel citatus et hoc si in reddenda iustitia negligens fuerit et remissus, tunc non aliter nisi suo iure Theutonico praedicto omnibus de se quaerulantibus respondere sint adstricti. In causis vero criminalibus superius expressis advocatus civitatis praedictae Premisliensis iudicandi, sententiandi

puniendi, plectendi et condemnandi plenam habebit facultatem et omnimodam potestatem, prout hoc ipsum ius Theutonicum in omnibus suis punctis, conditionibus, clausulis, articulis postulat et requirit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum testimonio literarum. Actum in Piotrkow in Conventione generali feria sexta proxima post festum sancti Georgii anno domini 1458vo, praesentibus ibidem reverendissimo reverendisque in Christo patribus dominis Ioanne Sanctae Ecclesiae Gnesnensis Archiepiscopo et Primate, Thoma Cracoviensi, Ioanne Wladislaviensi et Regni Poloniae Cancellario, Andrea Poznaniensi Episcopis necnon magnificis Ioanne de Czizow Castellano, Ioanne de Tanczin Pallatino Cracoviensibus, Stanislao de Ostrorog Calissiensi, Derslao de Rythwyany Syradiensi, Petro de Opporow Lanciciensi, Nicolao de Kosczielecz Brestensi, Andrea Odrowans de Sprowa Leopoliensi et Capitaneo Russiae Generali, Hryczkone de Pomorzani Podoliae et Capitaneo Trembowlensi Palatinis, aliisque quam pluribus fide dignis. Datum per manus praefati reverendi patris domini Ioannis Episcopi Wladislawiensis Cancellarii et venerabilis Ioannis Lutconis de Brzesze iuris utriusque doctoris, Archidiaconi Gnesnensis, Sacri Palatii Apostolici causarum Auditoris, Electi Varmiensis [1]) et Vicecancellarii regni Poloniae, syncere nobis dilectorum.

Ad relacionem praefati venerabilis Ioannis de Brzesze, Regni Poloniae Vicecancellarii.

Według kopii w *Lib. privil.* nr. 287 arch. miejsk. przemyskiego. Dokument ten potwierdził Zygmunt I. w r. 1507: *Cracoviae in conventione generali feria sexta ante festum sancti Valentini proxima* (12 Lutego). Już wtedy nie miał dokument ten pieczęci: *Ruptura sigilli tempore incursus hostium crucis Christi Turcorum in regnum nostrum casu infausto violatum et destructum*, jak się potwierdzenie Zygmunta I. wyraża.

1) Nie zdarzyło mi się napotkać drugiego dokumentu, w którymby Jan z Brzezia używał tego tytułu. *Volumina Legum* tom I. zawierają dokument Kazimierza Jagiellończyka z 26. Kwietnia 1458 r., w którym także podpisany jest Jan z Brzezia, ale jeszcze bez tego tytułu.

XXIX.

Na sejmie Piotrkowskim 1. Maja 1458 r.

Kazimierz Jagiellończyk, rostrzygnąwszy sprawę sporną pomiędzy Piotrem i Janem Bączkami a miastem Lwowem na korzyść ostatniego, zakazuje powodom cytować dalej w tej sprawie rajców miasta Lwowa.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. universis et singulis palatinis, castellanis, capitaneis, iudicibus, subiudicibus[1]), procuratoribus, viceprocuratoribus, terrigenis, nobilibus, preconsulibus, consulibus, advocatis, scabinis, iuratis et scultetis castrorum, civitatum, oppidorum, villarum in regno nostro ubilibet constitutis presentibus requirentes, fidelibus nostris dilectis, tenore presencium significamus, quomodo, dum providus Iohannes Banczek suo et providi Petri Banczek patris sui nominibus, occasione quarundam iniuriarum et dampnorum nonnullis consulibus civitatis Leopoliensis coram nobis in Convencione Pyotrkouiensi pro festo sancte Katherine (*25. Listopada 1457 r.*) nuper lapso tenta, moverat iuridicam accionem, eosdem nostris literis patentibus evocando. Tandem nos volentes utrisque partibus iusticiam ministrare, exauditis hincinde partibus proposicionibusque et responsis, cum consiliariis nostris diligenter examinatis, repperimus tunc consules Leopolienses prefatos in causa huiusmodi ipsi Bąnczkoni (*sic*) non esse culpabiles. Propter quod ipsos ab impeticione eiusdem absolvimus, condempnacionem coram curie nostre iudicio per ipsum Banczkonem factam mortificantes, annullantes et in nichilum redigentes, sibique Banczek silencium perpetuum imponentes, prout huiusmodi decisio in literis nostris prioribus clarius videtur. Novissime vero prefatus Petrus Banczek cum dicto filio suo Iohanne, non attentis nostris decisionibus, ex illa convencione in Opoczno factis, denuo eosdem consules, pro eadem causa ad convencionem hanc citaverunt et traxerunt, ipsos gravando, prout relacione consulum Leopoliensium coram nobis est deductum. Ex quo igitur cause huiusmodi examen est diffinitum et per nos decisum. De consilio omnium consiliariorum nostrorum in hac convencione congregatorum invenimus et decrevimus tenoreque presencium decernimus, id omnino habere volentes, ut amplius ipsi consules Leopolienses ad instanciam prefatorum Petri Banczek et filii sui Iohannis pro huiusmodi causa citati, tam ad nostre maiestatis, quam ad alicuius vestrum presenciam minime parere debeant, neque aliqua lucra, penas sive dampna ob non-

---

1) Wyraz ten pisarz dwa razy napisał.

paricionem solvere vel teneantur, ubi vero ipse Petrus Banczek aut filius suus importune et temerarie eosdem consules ad cuiusvis presenciam citaverit et eos in lucris suis contumacia aut quavis alia conditione condempnaverit, et vigore eiusmodi condempnacionum personas aut bona eorum aut aliorum civium quorumcunque vexare voluerit et arestare, extunc omnia decreta nostrorum et vestrorum iudiciorum seu aliorum quorumcunque, his in contrarium lata, in nichilum redigimus, cassamus, irritamus, anullamus et tenore presencium nullius esse decernimus roboris et momenti, vestris fidelitatibus seriosius precipientes et mandantes, quatenus et vos id exequi iuxta vigorem presencium debeatis, et aliud pro gratia nostra facere non ausuri. Datum in Convencione Pyotrkouiensi feria secunda ipso beatorum Philippi et Iacobi Apostolorum anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo sigillo nostro presentibus subimpresso.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 188; pieczęć była wyciśnięta w czerwonym wosku na pergaminie, ale się zupełnie wykruszyła.

XXX.

We Lwowie 12. Marca 1459 r.

Hryczko z Pomorzan, wojewoda podolski i starosta trembowelski, poświadcza, że na mocy zapadłego wyroku wolno mieszkańcom wsi jego Winnik ciąć drzewo w lasach aż do Lwowa, a na odwrót mieszczanom i mieszkańcom Lwowa aż do wsi Winnik, dopóki nie nastąpi rozgraniczenie pomiędzy Lwowem a Winnikami.

Nos Hriczko de Pomorzani, palatinus terre Podolie et capitaneus Trebowliensis, significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo dum magnificus dominus Petrus Odrowansz de Sprowa bone memorie olim palatinus et capitaneus terre Russie generalis, pro tempore illo adhuc in humanis agens, ex conquestione civium Leopoliensium Paschkonem procuratorem nostrum de Wynniki [1]) ad ius castri Leopoliensis citari procuravit, pro eo quia in silvis inter civitatem Leopoliensem et villam protunc nostram Wynniky quomodolibet sitis, cives et homines civiles pignorabat et in lignorum recepcione impediebat, ubi ipse Paschko iuri tres marcas pene succubuit, et parti, videlicet civibus, totidem, nos, tanquam ville illius verus heres, hoc rescientes se pro dicto nostro procu-

1) Winniki wieś w powiecie lwowskim.

ratore interposuimus et ea admittere noluimus, usque dictus dominus palatinus Leopoliensis dominos dignitarios et ceteros regni officiales et terrigenas, protunc in Leopoli constitutos et congregatos, in eo facto inter nos et ipsius magnificenciam posuit et locavit, qui domini simul consedentes invenerunt ipsorum per sententiam: quod, ex quo nullas cum civitate Leopoliensi granicies haberemus, extunc liberum deberet esse villanis nostris de Wynniky in dictis silvis ligna excidere, usque ad civitatem Leopoliensem ab ista parte et similiter civibus et incolis prefate Leopoliensis civitatis viceversa usque ad curiam nostram, in Winniky sitam, quod si nobis iniuria videretur, tunc granicies petere deberemus a regia maiestate, quas nobis limitare dictus dominus palatinus Leopoliensis promiserat, dumcumque super eo literis regalibus fieret avisatus. Huius rei in testimonium sigillum nostrum presentibus iussimus subappendi. Datum in Leopoli feria secunda post Iudica festi sancti Gregorii Pape anno domini millesimo $CCCC^{mo}L^{mo}$ nono.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa Nr. 189. Po pieczęci pozostał tylko pasek pergaminowy.

XXXI.

W Ropczycach 30. Marca 1459 r.

Jan z Melsztyna ustanawia prokuratorem swym Macieja z Blądowa, kantora przemyskiego i plebana wielickiego.

In nomine domini amen. Sub anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, indiccione septima [1]), pontificatus sanctissimi in Christo patris domini nostri et domini Pii divina providencia pape secundi, anno ipsius primo, die vero Mercurii [2]), penultima mensis Marcii, hora terciarum vel quasi, in stuba domus honorabilis viri domini Iohannis de Mlodoczyn rectoris parochialis eclesie sancte Crucis in Ropczycze [3]) dyocesis Cracoviensis site, in mei notarii publici subscribti (*sic*) et testiumque (*sic*) infrascribtorum (*sic*) ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presencia constitutus personaliter magnificus vir dominus Iohannes, heres de Myelstyn eiusdem dyocesis Cracoviensis, omnibus melioribus modis, via, causa, stilo et forma, quibus melius potuit et efficatius debuit, fecit, creavit et solemniter ordinavit, constituit suum verum et legitimum et indubitatum procuratorem, actorem, factorem et negociorumque (*sic*) suorum gestorem ac

1) Ostatni wyraz wpisała później czarniejszym atramentem taż sama ręka na wyskrobanem poprzednio miejscu. 2) W r. 1459 przypadał dzień 30. marca na Piątek. 3) Ropczyce miasto powiatowe w Galicji.

nunccium specialem et generalem ita tamen, quod specialitas generalitati non derog(*et*) neque e contra: videlicet venerabilem virum dominum Mathiam de Blądow [1]), cantorem Premisliensem et rectorem eclesie (*sic*) parochyalis in Vyelyczka dyocesis Poznaniensis (*sic*), absentem tamquam presentem, in causa seu causis, quam et quas habet vel habiturus est cum quibuscunque personis tam spiritualibus quam eciam secularibus, coram quocumque iudice vel quibuscumque iudicibus, et signanter cum venerabili capitulo et venerabilium et honorabilium Michaelis archidiaconi, Petri custodis et Nicolai de Prochnik [2]) canonicis [3]) ecclesie collegiate Premisliensis, et signanter coram venerabili viro domino Petro de Pylchouicze canonico et officiali Premisliensi vel alio quocumque iudice deputato vel deputando, dando et concedendo, dicto suo procuratori omnia et singula faciendi, gerendi, exercendi et omnia concludi faciendi et petendi, que in premissis fuerint necessaria, unum quoque procuratorem vel procuratores loco sui substituendi et generaliter omnia et singula faciendi, dicendi, gerendi, exercendi et procurandi, que in premissis et circa premissa necessaria fuerint et oportuna, et que ipsemet dominus constitutus faceret seu facere posset, si premissis omnibus et singulis presens et procurator interresset, eciam si talia forent, que ad dictum mandatum magis speciale quam presentibus est expressum, promittens prefatus dominus constituens mihi notario publico subscripto vice et nomine omnium et singulorum, quorum interest aut intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum. Idem dominus promisit tenere ratum, gratum atque firmum perpetue habiturum, quidquid per dictum suum procuratorem seu substitutum aut substitutos actum, factum, gestum et procuratum fuerit in premissis aut in aliquo premissarum, cum omnibus et singulis suis clausulis oportunis sub ipoteca et obligacione omnium bonorum suorum presencium et futurorum. Super quibus omnibus et singulis prefatus dominus constituens peciit sibi fieri hoc presens publicum instrumentum unum vel plura instrumenta publica. Acta sunt hec anno, indiccione, pontificatus, die mensis, horis et loco, quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus et nobilibus viris dominis Iohanne de Mlodoczyn Rectore ecclesie, Bartholomeo, Nicolao presbiteris et vicariis in Ropczyce, Thoma advocato in ibidem, Zavisio de Lonki et Zaclica de Pyotraszowka [4]) dioecesis Cracoviensis et Premisliensis et aliis quampluribus testibus fidedignis circa premissa vocatis specialiter et rogatis.

S. N. Et [5]) ego Petrus Butkonis de Ropczycze clericus Cracoviensis dioecesis publicus imperiali auctoritate notarius, quia predictis constitucioni, rati grati habicioni aliisque omnibus et singulis, dum sic, ut premit-

1) Blądowa w powiecie rzeszowskim. 2) Pruchnik w powiecie jarosławskim. 3) Z fałszywych Genitiwów wpada tutaj pisarz znów we właściwy Ablativus. 4) Łąka i Pietraszówka czyli Boguchwała wsie w pow. rzeszowskim. 5) Odtąd inną ręką.

titur, agerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum per alium fidelem scribam scribi, procurari, me aliis arduis negociis prepeditus occupato, huic me manu proprya subscripsi et in hanc publicam formam reddegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignando, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum.

Pergaminowy dokument w arch. miasta Przemyśla był dawniej okładką książki z wieku XVII., skutkiem tego tak się starł na zewnętrznej stronie znajdujący się drugi zapis notaryacki, spisany przez Leonarda syna Piotra z Przemyśla, że dzisiaj już tylko niektóre wyrazy odczytać można.

XXXII.

W Mantui 5. Lipca 1459 r.

Papież Pius II. oznajmia, że wyznaczył Marina de Fregeno nuncyuszem i kolektorem składek na wyprawę krzyżową przeciw Turkom na Szwecyą, Norwegią, Gocyą, Litwę i dyecezyą lwowską i oznacza przysługujące mu prawa.

Pius episcopus servus servorum dei universis et singulis Christifidelibus, ad quos presentes nostre litere pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem Omnipotentis Dei. Immensa misericordia super filios hominum, qui ex peccato primi parentis captivi tenebantur sub lege mortis et damnationis ex inscrutabili suo altissimo consilio disposuit, ut filius patris unigenitus in eadem substancia sibi coequalis et coeternus formam servi acciperet et pro nobis fieret obediens usque ad mortem langoresque et dolores nostros perferret in corpore suo. Tanta nanque (*sic*) fuit ipsius erga nos dilectio tantaque magnitudo amoris, ut iustus pro iniustis pati cruciatus flagella sputa contumelias et improperia, colaphis cesus, spinis coronatus, clavis affixus, lancea perforatus, eciam ligno crucis affigi non abnuerit, ut merito posset ad viatores seculi huius exclamare: O vos omnes, qui transitis, attendite et videte, si est dolor sicut dolor meus. Vulneratus enim redemptor noster propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra ad occasionem ductus est, qui peccatum non fecit, nec est dolus inventus in eo. Hic est, per quem a tartari faucibus liberati sumus et aperta est ianua paradisi, ponens animam suam pro ovibus suis. Et quia meritorum suorum nullus particeps efficitur, nisi viam sequatur Catholice veritatis et ad defensionem Christiane religionis personam et bona simul exponat,

nos, quorum humeris divina disponente clementia totius populi Christiani cura comissa est, solerter attendentes, quod eiusdem religionis hostis Mahomet Thurcorum princeps non solum inclitam Constantinopolitanam civitatem, sed plures alias terras, civitates et loca Christianorum suo subiugavit imperio, verum eciam ipsorum sanguinem sitiens, passim appropinquet et horrenda bella paret ac gloriam suam posuit in depopulacionem Christianorum quotidieque magis ac magis erigitur in superbiam. id suis viribus presumens ascribere, quod propter peccata populi Christiani noscitur accidisse adeoque crudeliter indefessa rabie ipsum Christianum sanguinem in ore gladii nulli parcendo etati, sexui vel ritui, quotidie deglutire molitur, ut, nisi ei celerius occuratur, timendum est (*sic*), ne repente subvertat veluti sonitus tempestatis. Ac considerantes, quod felicis recordacionis Nicolaus Papa V, predecessor noster. cuius temporibus civitas Constantinopolitana, prohdolor perdita fuit, universos principes Christianos. imperatoria, regali seu quacunque alia mundana dignitate fulgentes, suis literis hortatus fuerit, requisiverit et mandaverit eisdem in vim professionis facte in susceptione sacri baptismi ac iuramenti prestiti, cum suarum dignitatum infulas susceperunt, ut ad prelibate fidei defensionem cum bonis et personis pro sua possibilitate realiter et indesinenter assisterent, omnibus, qui in tanta fidei necessitate interessent, plenissimam suorum pecatorum remissionem concedendo. Verumptamen, sicut fidedignorum relatu dolenter accepimus. ipsorum devocio fidelium tepescit in dies et pauci sunt, qui se preparent ad resistendum potencie eiusdem Machometi. acerrimi Christiani populi hostis, unde ne in tremendo iudicio Salvatoris nostri competat exceptio, quod nobis silentibus et non providentibus eadem Christiana religio a tam spurcissimo hoste fuerit subpeditata, sed potius nostre provisionis opere Christi fideles ad tam salutare opus fervencius incitentur, ut inde animarum salutem consequi possint de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Apostolorum eius Petri et Pauli auctoritate confisi, omnibus et singulis Christifidelibus utriusque sexus vere penitentibus et confessis in singulis terris, provinciis, diocesibus, civitatibusque atque locis regnorum et principatum Swetie, Norouegie, Gotie ac Lithvanie necnon diocesis et provincie Leopoliensis, in quibus dilectus filius Marinus de Fregeno, iuris canonici peritus, clericus Spoletane diocesis, per alias nostras literas aut eciam tenore presencium est a nobis nuncius et huiusmodi subsidiorum collector deputatus consistentibus aut ad loca ipsa quomodolibet convenientibus, qui de eorum bonis sibi a Deo collatis viro et uxore pro una persona duntaxat computatis ita tamen, quod si aliqui eorum matrimonio copulati fuerint, solucionem huiusmodi facere possint iuxta eorum suppetentem facultatem, quinque, quatuor, tres, duos, unum vel medium florenos auri de camera seu eorum verum valorem. Etiam si alique miserabiles essent persone, que prefatam quantitatem medii floreni de camera porrigere non possent, etiam infra medium florenum predictum huic tam pio tamquam sancto operi contribuerint,

super quo nostro nuncio et collectori prelibato iudicandi, moderandi, reducendi atque limitandi plenam damus potestatem pariter et auctoritatem omnium premissorum, possint et valeant eligere confessorem idoneum secularem vel cuiusvis ordinis regularem, qui eorum confessionibus diligenter auditis ipsos ab omnibus sentenciis excomunicacionum, suspensionum et interdicti necnon censuris et penis ecclesiasticis, a iure vel ab homine promulgatis, quibus forsan ligati existunt, apostolica auctoritate absolvere ac super quacunque irregularitate, nisi ex homicidio vel bigamia fuerit contracta, eadem auctoritate cum ipsis dispensare ac eos ad singulos ecclesiasticos actus reabilitare, necnon omnium pecatorum, excessuum, criminum et delictorum suorum quantumcunque gravium, etiam in casibus nobis et sedi apostolice specialiter et generaliter reservatis semel in vita et semel in mortis articulo plenariam remissionem et indulgenciam ipsis in sinceritate fidei unitateque sancte Romane ecclesie ac obediencia et devocione nostra et successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrancium persistentibus prefata auctoritate apostolica concedere votaque quecunque, Ierosolimitano, castitatis et religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera, prout saluti animarum expedire viderit, commutare libere et licite possit ac valeat auctoritate apostolica tenore presentium indulgemus. Universis et singulis primatibus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prepositis, prioribus, decanis, canonicis aliisque ecclesiarum rectoribus curatis et non curatis in dictis partibus, ubi nuncius ipse noster deputatus existit, commorantibus in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena, quam rebelles et inobedientes ipso facto incurrere volumus, stricte precipiendo mandamus, quatinus ipsorum quilibet per se vel alium seu alios presentes literas et alias desuper sibi concessas seu earum transsumpta in metropolitanis, cathedralibus et collegiatis et parrochialibus seu aliis ecclesiis atque locis ubilibet existentibus, de quibus ipsi nuncio et collectori seu per eum deputando vel substituendo visum fuerit, quociens per ipsum collectorem aut ab eo deputandos desuper requisiti fuerint seu aliquis eorum fuerit requisitus auctoritate apostolica, dominicis et festivis ac aliis diebus solenniter publicent ac exponent seu exponi et publicari facient, eciam in vulgari, ut clarius et melius ab omnibus intelligantur, ac per deputandos et substituendos ab eis per se vel alium seu alios, quem vel quos ad id duxerint deputandos, publicari et insinuari permittant; necnon literas exhortatorias de placet nuncupatas, quociens fuerint requisiti, absque ulla contradictione, exceptione vel solucione sub prefata pena concedere debeant et teneantur. Verum quia difficile foret presentes nostras literas ad singula, in quibus ille forsan necessarie essent, loca deferre, volumus et eadem auctoritate decernimus, quod earum transsumpto manu publica scripto et sigillo dicti collectoris seu alicuius archiepiscopalis, episcopalis vel ecclesiastice curie munito tanquam prefate si originales exhiberentur litere plena fides adhibeatur et illis detur ac si originales

litere forent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum concessionis, mandati, voluntatis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Mantue anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo *(nono)* [1]), tercio Nonas Iulii, pontificatus nostri anno primo.

Według współczesnej kopii księgi archiwum miejskiego we Lwowie: Acta Officii consularis T. I. str. 95—98 Nr. 223.

XXXIII.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 18. Grudnia 1459 r.

Kazimierz Jagiellończyk oznajmia, że uchwalony na sejmie piotrkowskim na rok jeden podatek na wojnę pruską nie ma w przyszłości przynosić uszczerbku przywilejom kraju ruskiego.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithvanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo exigentes regni nostri ac reipublice tum ex bellorum stridore, quam ex gravitate et difficultate negociorum ceptorum Prussie imminentissima necessitate gravissimaque opportunitate nec non grandi in maximis summis stipendariorum, per nos conductorum, involucione et indebitacione, quibus nisi tempestive fuerit succursum et subventum, regnum et terre nostre verentur in irrecuperabilia dampna prolabi et iacturas, ut autem hys remedium et patrocinium valeat salubre ferri bonumque commune in felici statu preservetur, prelati, barones, proceres, terrigene et nobiles regni nostri, in presenti generali convencione Pyotrcouiensi singulari zelo et favore, ac comodum et ubertatem universalis boni sicientes, ex speciali ac mera eorum annuencia et voluntate non invite, violenter, sive aliquo iure aut consuetudine astricti vel impulsi, vectigalia, tallias sive dacias, alias vulgari appellacione Czysza nuncupatas, per et infra singulas et universas civitates et opida nostras regales, tum eciam spiritualium et secularium personarum regni nostri. a die, quo dari et exigi incepta fuerit,

1) Wyraz *nono* w kopii opuszczony. Z daty: *pontificatus nostri anno primo* wynika, że tylko z tego roku bulla ta pochodzić może. Pius II. bowiem wybranym został 19. Sierpnia 1458 r., wyświęconym 3. Września 1458 r., a zatem 5. Lipiec pierwszego roku panowania jego przypadał na rok 1459. W archiwum miasta Lwowa dokument ten jest zapisany pod r. 1453, kiedy panował Mikołaj V. a nie Pius II.

ad unius anni duntaxat decursum, per nos institutas, impositas et indictas iuxta modum, ordinacionem, disposicionem et condicionem in presenti convencione expressas et interpretatas moderatasque et unanimiter limitatas, levandum, tollendum, dandum et exigendum concordi voto admiserunt, ac eorum assensum, pariter consensum dederunt et porrexerunt. Ne vero eorundem prelatorum, baronum, procerum, nobilium, terrigenarum, civium ac opidanorum singulorum dicioni regni nostri prefati, presertim tamen terre nostre Russie palatinatus Leopoliensis parencium, fervidissima benivolencia, gratitudinis impensio ac ipsarum collectarum et daciarum elargicio, oblacio et contribucio iuribus, prerogativis ac libertatibus ipsorum tempore succedenti in aliquo deroget, preiudicet ac sequelam vendicare videatur, promittimus per expressum pro nobis et successoribus nostris presentibus et verbo nostro regio pollicemur perinde privilegiis, immunitatibus, graciis et libertatibus ac indultis memoratorum prelatorum, baronum, procerum ac aliorum subditorum nostrorum non contravenire, non preiudicare aut derogare sive eas quavis immomentare sive anullare volumus racione, quin ipsas sanas, salvas et illesas in suo robore et efficacia fieri per omnia volumus et pronunciamus, huiusque vectigalia ac pensas Czysze taliter solvendas in aliquam sequelam, consuetudinem, contumacionem ac laudum minime trahemus, transferemus aut quovismodo usurpabimus, easdem ad unius anni duntaxat defluxum, modo superius designato, levaturi, exacturi et percepturi. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum in convencione generali Pyotrkouiensi pro festo sancti Nicolai celebrata feria tercia proxima ante festum sancti Thome Apostoli anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

Relatio venerabilis Iohannis de Brzesze doctoris in utroque, Archidiaconi Gneznensis, Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 190. Na pasku pergaminowym zawieszona dobrze zachowana na czerwonym wosku wyciśnięta mniejsza pieczęć królewska, taka jak u Dzialyńskiego: Statut litewski Tabl. VII. nr. 2.

XXXIV.

W Poznaniu 9. Stycznia 1460 r.

Rajcy miasta Poznania, ze względu na to, że Andrzej ze Sprowy, wojewoda i starosta lwowski, gwałci prawo Lwowian sądzenia prawem magdeburskiem przybywających do miasta obcych kupców, poświadczają, pisząc do króla, że prawo to zawsze Lwowianom przysługiwało.

Serenissimo principi et domino domino Kazimiro Dei gracia Regi Polonie, magno duci Lithwanie, Russie Prussieque domino et heredi etc. et domino nostro graciosissimo universisque et singulis, presentibus requirendis, preconsul, consules totaque communitas civitatis Poznaniensis significamus, per presentes recognoscentes, quia famosi consules civitatis Leopoliensis significaverunt nobis: quomodo magnificus dominus Andreas de Sprowa Odrowansz, palatinus et capitaneus Leopoliensis, in iudicandis singulis hospitibus et mercatoribus . . . . [1]) udeamque in ipsam civitatem Leopoliensem venientibus ipsorum iura satagit infringere, eosdem volens de iurisdicione eorumdem excipere, et iure Polonico pro singulis causis iudicari, asserens patrem suum et alios capitaneos predecessores suos ipsos mercatores iure Polonico iudicasse, quamvis ipsi pro iudicandis hospitibus iura, munimenta et privilegia haberent. Quod autem ceteri capitanei antecessores sui hospites iudicassent, ipse capitaneus obtulit se terrigenis, qui pro illo tempore lateri eorum adhererunt, probaturum. Ipsi vero consules dicunt et allegant iura hospites nunquam ommiserunt, sed iure suo civili ab antiquo et hucusque secundum iurium suorum privilegialium exigenciam eos semper iudicaverunt et tuiti sunt, quod probare se offerunt civitatum mercatoribus, qui in ipsa civitate exercuerunt commercia. Unde petentes, requirebant universitates nostras, quatenus consulares et cives nostros, quibus premissorum hospitum posicio aput (*sic*) eos tenta et cognita est, ad presenciam universitatis nostre convocaremus, ut in vim prefati iuramenti recognoscerent, si iurisdicio civitatis Leopoliensis hospites ab antiquo iudicat et hucusque iudicat, vel saltem, quis eos iudicavit. Ea propter huiusmodi negociatores, quamplurimi, qui ab antiquo et adhuc moderno tempore in dicta civitate Leopoliensi negociabantur et commercia exercent, coram universitate nostra advocati in vim prestiti iuramenti recognoverunt presentibusque recognoscunt: quia pro omnibus suis

1) Kilka liter nieczytelnych.

causis in ipsa civitate Leopoliensi ipsis accidentibus in iurisdicione civili iudicati sunt et nunquam coram capitaneo, aut suis officialibus ibidem parebant. In cuius rei testimonium sigillum civitatis nostre presentibus est impressum feria quarta infra Octavas Epiphaniarum domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo.

Oryginał listu tego znajdował się niegdyś w archiwum miasta Lwowa, dziś go tam niema. Wydrukowałem więc list ten według kopii Wagilewicza, który jeszcze oryginał miał w ręku. Według inwentarza arch. lwowsk. miała się znajdować u dołu pieczęć zatarta z napisem w otoku: *sigillum ciuitatis Poznaniensis.*

XXXV.

W Gdańsku 9. Lutego 1460 r.

Burmistrz i rajcy miasta Gdańska wstawiają się do króla Kazimierza z prośbą, aby mieszczan lwowskich zachował przy prawie ich rozsądzania spraw obcych do Lwowa przybywających kupców według prawa magdeburskiego, zapobiegając tym sposobem pogwałceniu praw mieszczan lwowskich przez Andrzeja Odrowąża wojewodę lwowskiego.

Illustrissimo serenissimoque principi et domino domino Kazimiro digna Dei gracia Polonie Regi, magno duci Littwanie Rusie (*sic*) Prusieque (*sic*) domino et heredi, domino nostro graciosissimo, proconsul et consules civitatis Danczik obsequiosam subieccionem humillima cum recommendacione. Illustrissime princeps, domine graciosissime. Vestre precelse maiestati declaramus per presentes, quod famosi circumspectique domini proconsul et consules vestre serenitatis civitatis Leopoliensis nos suis literis effecerunt cerciores, quomodo magnificus generosusque dominus Andreas Edrowonsch (*sic*) Leapoliensis (*sic*) palatinus ab antiquis eorum immunitatibus, conswetudinibus et privilegiis eos artare atque deprimere moliretur, videlicet ne ipsi aliquit (*sic*) iurisdiccionis in mercatores forenses ibidem adventantes, qui presentis (*sic*) temporibus iure Magdeburgensi in suis querelis et causis per dictos dominos proconsules et consules expediti fuerant, de cetero haberent, intendens talium mercatorum emergentes causas et querelas iure Polonico tamquam sue competenti dicioni dirimere. Unde dictorum proconsulum et consulum privilegiis nominatorumque mercatorum emunitatibus non parum derogaretur. Supplicantes, quatenus omnes mercatores, qui temporibus retroactis in dicta civitate Leopoliensi conversacionem mercimonialem habere potuerant, coram nobis evocari faciemus, ab eis sciscitando, per quem seu quos suis temporibus fuissent in eorum querelis, causis et controversiis expediti et

iudicati, et eorum attestacione vestre intimare maiestati, ne ob deffectum probacionem (*sic*) in suis privilegiis et emunitatibus paterentur detrimentum. Nos vero huiusmodi requisicionem et postulacionem racione reputando condignas, cum probacionis copia nemini sit auferenda, nostros concives, quos scrutari potuimus, qui conversacionem prioribus temporibus in dicta civitate habuerant, coram nobis accersiri fecimus, videlicet circumspectos Frowynum Vffim, Orte Sinerdum Seytcz cum nonnullis aliis, ab eisdem indagantes, quid ipsis de negociis suprascriptis constaret. Qui unanimi voce, mediis eorum iuramentis ad sancta corporaliter prestitis attestarunt, quod hys temporibus, quibus ipsi in dicta civitate Leapoliensi (*sic*) conversabantur, plures causas ac controversias habuissent, et non per alios seu alium, quam per proconsulem et consules, ibidem iuxta exigenciam et continenciam iuris Magdeborgensis bene et legaliter mediante, bona iusticia fuissent expediti, de hoc dictis proconsulibus et consulibus multiplices referentes gracium acciones. Quo circa illustrissime Rex, graciosissime domine, vestram precelsam rogamus maiestatem, quatenus dictos consules in eorum privilegiis et emunitatibus dignetur habere defensos, ne nostri et ceteri mercatores vestre maiestatis fideles in iuribus eorum lesionem paciantur temporibus affuturis, quod nostris serviciis humilimis obsequiosa subieccione erga vestram preclaram maiestatem summis studiis conabimur deservire. In cuius rei testimonium supradicte civitatis nostre Danczik secretum presentibus inferius est subappressum anno incarnacionis dominice millesimo quadringentesimo sexagesimo in die Appolonie virginis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 191, bardzo ozdobnie pisany. Pieczęć była wyciśnięta czerwonym woskiem na pergaminie, ale się już prawie do szczętu wykruszyła.

XXXVI.

We Lwowie 5. Kwietnia 1460 r.

Kazimierz Jagiellończyk nakazuje, ażeby mieszczanie haliccy, kolomyjscy i stryjscy nie omijali składu lwowskiego — a mieszczanie kamienieccy przyrzekają, że także tegoż czynić nie będą.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie necnon Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuianie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque ac Culmensis, Elbingensis, Konigsberiensis et Pomeranie terrarum heres et dominus significamus tenore presencium, quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo consules Halicienses, Colomienses et

Stryenses ipsorum et singulorum eorum opidorum comunitatum nominibus suas nostre maiestati obtulerunt conquestiones: quomodo consules et cives nostri Leopolienses eos et eorum incolas cum mercimoniis eorum ultra Leopolim ad nundinas sive annualia fora in Premisliam, Iaroslaw, Rzeszow, Belz et alias civitates, opida et quecumque loca ab altera parte civitatis nostre Leopoliensis sita, ire, transire, mercari et negociari et commercia in predictis locis aquisita seu empta reducere non permitterent, sed eos cum ipsorum mercimoniis arrestarent et reciperent, petiveruntque, quod cum in Leopolim venirent, solutis iustis Leopoliensibus theloneis, libere sit eis duntaxat cum mercimoniis per civitatem Leopoliensem ad loca predicta spe mercandi proficisci et aliis mercimoniis pro pecuniis vel in commercio comparatis, per civitatem Leopoliensem ad propria et ad alia loca redire et remeare absque aliquo impedimento et arresto. Ad que consules civitatis Leopoliensis per edictum nostrum regium citati ipsorum et tocius eorum communitatis nominibus responderunt, se iura et privilegia habere super huiusmodi prohibicione viarum, quodque omnes mercancie nullibi nisi in generali Leopoliensi deposito deberent deponi et ibi permanere. Nos vero, prout ex assumpto regie dignitatis solio unicuique iusticiam reddere tenemur, volentes de premissis cercius experiri et singulas civitates et opida in iure suo illese conservare, de consilio consiliariorum nostrorum, protunc maiestati nostre assistencium, decrevimus dictos consules et cives Leopolienses privilegia et munimenta eorum, que haberent super huiusmodi generali deposito et prohibicione viarum, coram maiestate nostra producenda. Tandem dicti consules privilegium serenissime domine Hedwigis Regine Polonie divi recordii per serenissimum dominum Wladislaum Regem Polonie, olim dicte domine Regine consortem sacre memorie, eius maiori appenso sigillo ratificatum, coram maiestate nostra produxerunt [1]; quo lecto, auscultato et hincinde reviso et matura consiliariorum nostrorum deliberacione habita, comperimus ipsam civitatem Leopoliensem nostram non certorum dierum, prout alique regni nostri civitates, specificatum habere depositum, sed omnino generale depositum salis et omnium mercanciarum, quocunque vocabulo vocitentur, que non alibi nisi in Leopoli deponi debent et permanere, non autem ultra perduci, quod generale depositum per omnes et singulos mercatores et homines, ab undecunque venientes cum mercibus suis, non alibi nisi in civitate nostra Leopoliensi perpetuis temporibus inviolabiliter teneri debet et observari, veluti fuit temporibus ab antiquis tentum et servatum. Et quod nullus eorundem mercatorum inconswetas et indirectas vias et transitus seu circuitus faciat et ipsum depositum audeat pertransire aut mercium depositum alibi facere, preterquam in dicta civitate Leopoliensi deposito generali

1) Zobacz dokumenta oddrukowane w tomie III. nr. 42, 44 i 98.

singulas mercancias deponat et vendat, pro tanto non admissis dictorum opidorum peticionibus, volentes civitatem nostram Leopoliensem in iure ipsius conservare illibatam de consilio consiliarorum nostrorum decernimus, sentenciamus et pronunciamus tenore presencium mediante: quod dicti Halicienses, Colomienses, Stryenses ac omnium et singularum aliarum civitatum, opidorum, villarum et quorumvis locorum post et retro Leopolim sitorum cives, incole et inhabitatores cum mercibus et mercimoniis eorum, quocumque vocabulo censeantur, sive cum paratis pecuniis negociandi causa non pertranseant aut quovismodo circuant ad loca anteriora, videlicet Premisliam, Iaroslaw, Rzeszow, Belz seu quevis alia loca, sed merces et mercimonia eorum singula in Leopoli deponant et vendant ibique eis alia oportuna comparent et emant, et cum eysdem viceversa redeant similiterque dicta loca anteriora civitatum, opidorum, villarum et aliorum locorum deposicionem suam vigore dicti generalis depositi in Leopoli faciant et ultra non pertranseant nec circuant quoquomodo. Si vero quis mercatorum premissorum aut quorumvis hominum sive eciam hospitum extraneorum ausu temerario aut aliquo exquisito colore predicte nostre pronunciacioni et diffinicioni contraire presumpserit, extunc indulsimus dictis consulibus et civibus Leopoliensibus talem cum bonis ubique in regno nostro arrestare, detinere et recipere, quotiens excesserit, arrestataque bona pro usu civitatis nostre Leopoliensis publico conservent vigore aliarum progenitoris et germani nostrorum carissimorum sacre memorie et nostrarum literarum coram maiestate nostra protunc productarum dicti generalis depositi privilegium et predictas genitoris et germani nostrorum carissimorum et nostras alias literas super dicto arresto transgressionis concessas [1]) approbantes et ratificantes. Constituti insuper protunc coram nostra maiestate consules civitatis Camenecensis suo et tocius communitatis nominibus recognoverunt, quod nunquam contra depositum generale Leopoliensis civitatis fecissent et excessissent nec unquam facere vellent et excedere. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Actum in civitate nostra Leopoliensi Sabbato ante diem dominicam Ramispalmarum anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, presentibus reverendissimo reverendoque in Christo patribus dominis Gregorio Archiepiscopo Leopoliensi, Nicolao Episcopo Cameneciensi necnon magnificis et generosis Stanislao de Ostrorog Calischiensi, Derslao de Rithwyani Siradiensi, Andrea Odrowansch de Sprowa Leopoliensi Palatinis, Petro de Schamotuli Poznaniensi, Michaele de Buczacz Cameneciensi, Nicolao de Zakrzow Wysliciensi, Iohanne de Knechnyecze (*sic*) Haliciensi Castellanis, Nicolao Gologorsky Succamerario, Georgio Strumilo Vexilifero Leopoliensibus et Stanislao de Chotecz Capitaneo Haliciensi et aliis quam

---

1) Porównaj tom III. Nr. 76 i tom V. Nr. 64, 104, 130 i 143.

pluribus fidedignis. Datum per manus venerabilis et eggregii Iohannis de Brzesze utriusque iuris Doctoris, Apostolici Prothonotarii et eiusdem sacri pallacii causarum Auditoris, Archidiaconi Gneznensis et Regni Polonie Vicecancellarii, nobis sincere dilecti.

Relacio eiusdem venerabilis Iohannis de Brzesze utriusque iuris Doctoris, Apostolici Prothonotarii et eiusdem sacri pallacii causarum Auditoris, Archidiaconi Gneznensis, R. P. Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 193. Na sznurku z jedwabiu kręconego, kolorów białego, czerwonego, czarnego i żółtego zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta mniejsza pieczęć królewska. Zobacz Działyński, Statut Tabl. VII. Nr. 2.

XXXVII.

We Lwowie 7. Kwietnia 1460 r.

Kazimierz Jagiellończyk oznajmia, że uchwalony na wojnę pruską podatek nie ma stanowić uszczerbku dla praw i przywilejów miasta Lwowa.

KAzimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithvanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo attendentes et recompensantes fidelium nostrorum consulum et totius communitatis civitatis nostre Leopoliensis fidelitatis constantem promptitudinem, qua maiestati nostre in pluribus regni nostri contingenciis diversimode et sepissime facultatibus suis succurrerunt, sed et nunc in danda dacia moderna, dicta Czysza, qua ad sollicitas nostras necessitates nostras et reipublice presentes regni nostri animadvertentes nobis et regno benivole subveniunt, volentes igitur propter tam gratam eorum promptitudinem et benivolenciam dubia nonnulla, si que haberent et precipue respectu iurium et privilegiorum ipsius civitatis adimere et auferre, ac ipsos in eisdem magis assecurare, ne ea, que nobis benivole et libere impendunt, nobis ex debito et iure fieri vendicaremus, predictam daciam Czysza, quam nobis ex fidei et assistencie puritate in tam extrema nostra et regni opportunitate sponte se daturos obtulerunt, non tanquam ex debito, iure, coaccione, vi et compulsione vel consuetudine impositam vel imponendam, sed tanquam benivole exhibitam, gratanter ab eis acceptavimus promittimusque verbo nostro regio, hanc daciam Czysza deinde in ius, consuetudinem, continuacionem et laudum introducere nec diutius vel longius eam recipere

et levare seu tolli facere, nisi ad unius anni devolucionem inclusive; quo expirante, expirabit et dacio et levacio Czysze, liberique erunt dicti consules et incole civitatis nostre predicte post anni iam dicti devolucionem ab omni solucione dacie sive Czysze. Insuper, ut omne dubium et formido de ipsorum medio tolleretur, nolumus, ut per huiusmodi eorum voluntariam succursionem et oblacionem reipublice accomodam in iuribus aut privilegiis ipsorum, pro tam fructuosa totius communis boni recuperacione et signanter pro facto Prussie et stipendariorum ibidem expedicione integritati iurium et privilegiorum ipsorum ullomodo in perpetuum derogetur, sed volumus et promittimus pro nobis et successoribus nostris, quod ipsa eorundem civium nostrorum in ea re subveniendi benivolencia, in augmentum et roboracionem iurium suorum et privilegiorum omniumque in eis contentorum sic veniat et proficiat. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est subappensum. Datum in Leopoli feria secunda proxima post dominicam Ramispalmarum anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

Relatio venerabilis Iohannis de Brzesze,
Doctoris in utroque, Archidiaconi Gneznensis,
Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 194. Na pasku pergaminowym zawieszona mniejsza pieczęć królewska. Zobacz: Działyński, Statut Tabl. VII. nr. 2.

XXXVIII.

W Kamieńcu 19. Kwietnia 1460 r.

Rajcy kamienieccy poświadczają, jako Jan Trindula, przenoszący się do Lwowa jest pochodzenia prawowitego i że znany jest jako człowiek prowadzący się uczciwie, a rajcy miasta Lwowa, transsumując świadectwo to na dniu 19. Listopada r. 1466, dodają, że we Lwowie uczył się sztuki rusznikarskiej u Walentego puszkarza.

Nos .. consules civitatis Leopoliensis significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo coram consulari nostra sessione personaliter constitutus honestus Iohannes Trindula, presentium ostensor, sui legittimi ortus honesteque conversacionis literam sub titulo et sigillo appresso papiream consulum civitatis Camenecz produxit, petens eandem transsumi transsumptumque eiusdem sigilli nostri appensi munimine roborari. Cuius quidem litere tenor sequitur in hec verba:

Nos .. consules civitatis Camenecz significamus tenore presencium omnibus et singulis, quibus expedit generaliter universis, presentibus et futuris, presentium notitiam habituris,

lecturis seu audituris, fideliter protestantes, quia coram nobis, consulari in collegio simul residentibus, personaliter constituti famosi Nicolaus Crakowsky consul et Iohannes Dlotho civis civitatis iamdicte Camenecensis sub onere consciencciarum et in vim prestiti iuramenti publice fassi sunt et recognoverunt; quomodo Iohannes dictus Trindula, presencium exhibitor, ex legitimis existit parentibus, videlicet patre Nicolao et matre Katherina et vero et legitimo thoro ortus, procreatus et propagatus, et temporibus, quibus ipse commansit, se bene, per omnia laudabiliter, honorifice, honeste et decenter conservavit, penitus nullam admiscens maculam, per quam eius fama laudabiiis quoquomodo posset denigrari. Quocirca vestras exposcimus universitates precibus multimodis attente flagitantes, quatinus memoratum Iohannem dictum Trindula, ostensorem presencium, in collegium vestrum assumentes, ipsum caritatis universitates vestre prosequi dignentur favoribus, efficientes uti amici nostri speciales gratissimi. In cuius rei testimonium sigillum officii nostri consulatus presentibus subimpressimus. Datum in Camenecz Sabato in Conductu Pasche anno domini millesimo CCCCLX^{mo}.

Nos vero dicti Iohannis Trindula precibus iustis annuentes prefatam literam de verbo ad verbum transsumptam sigilli nostri appensione iussimus communiri. Constitutus insuper coram nobis Valentinus pixidarius noster recognovit dictum Iohannem artificium suum aput *(sic)* eum studuisse et secundum mores artificii sibi eservivisse et satisfecisse ac in artificio se honeste conservasse. Datum feria quarta die Sancte Elisabeth anno domini MCCCC^{mo} LX sexto, ut premittitur, sigilli nostri appensione

Acta Officii consularis Leopoliensis T. I. pag. 134, nr. 296.

XXXIX.

W Przemyślu 8. Września 1460 r.

Rajcy miasta Przemyśla poświadczają, że zabity we Lwowie Wawrzyniec Mathwey był synowcem okaziciela niniejszego pisma Jana Matweya.

Famosis dominis preconsuli, consulibus civitatis Leopoliensis dominis et amicis nostris precipuis.

Famosi domini, amici nostri dilecti. Notificamus vestris dominacionibus, quomodo nobilis Iohannes Matwey, presentium lator, accedens personaliter ad presentiam nostram, nobis pleno in consilio presidentibus, nobis supplicando cupiebat, sibi dari testimonium nostrum ad vestras dominationes de Laurencio suo filiastro germano interempto in civitate

vestra. Igitur acclinati peticioni sue et affectacioni, et quia etiam petentibus iusta assensus denegandus non est, tale vestris dominacionibus perhibemus testimonium tenore presentium profitentes: quia Laurencius Mathfey occisus est prenominati nobilis Iohannis Mathfey germanus filiaster sui fratris germani, dicti Chotkonis filius etc. In cuius rei testimonium sigillum nostri consularis officii presentibus est impressum. Datum Premislie, feria II[a] ipso die Nativitatis beatissime Virginis Marie anno domini millesimo CCCC[mo] LX[mo].

Preconsul consulesque civitatis Premisliensis
vestri amici.

Acta Officii consularis Leopoliensis T. I. pag. 14. nr. 37.

XL.

We Lwowie 11. Września 1460 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, jako stanął przed nimi układ o wynagrodzenie za zabicie Wawrzyńca złotnika pomiędzy braćmi Matweyami stryjami zabitego a poręczycielami zabójcy Szymona złotnika.

Coram nobis constituti nobiles Iohannes et Casper germani alias Mathweyowe de Szedliska litera consulari de Premislia, cuius litere tenor inferius subsequetur se Laurencii aurifabri hic interfecti paternos esse legittimos probantes, recognoverunt, quod fideiussores Simonis aurifabri et Iohannes Stobenrauch, carnifex, eiusdem Simonis frater, eo quod Simonem, quem Laurentius, adhuc in humanis agens, in vulneribus suis inculpavit, ad ius statuere non potuerunt, cum eis intrantes concordiam eis pro capite dicti Laurencii filiastri eorum satisfecerunt et ipsi contenti essent in eo, cum quo ex parte dictorum fideiussorum et Iohannis Stobenrauch per bonos homines est perrogati (*sic*) et promittunt pro se et Petro tercio eorum fratre absente dictam causam ipsis fideiussoribus nunquam velle movere nec memorari neque dicto Simoni, ita quod ubique liber et securus ab eis esse debet, solummodo quod per probos homines eis humiliacionem alias pokorę facere debet. Actum feria V[ta] post Nativitatis sancte Marie virginis (1460).

Tutaj następuje list rajców przemyskich z 8. Września 1460 r. wydrukowany powyżej nr. XXXIX. Acta Officii consularis Leopoliensis T. I., pag. 14, nr. 36.

XLI.

We Lwowie 13. Września 1460 r.

Andrzej Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta ruski, przyrzeka, że wykonywać będzie różne poszczególnie wymienione prawa miasta Lwowa.

Nos Andreas Odrowansch de Sprowa, palatinus et capitaneus terre Russie generalis, significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod, cum consules et cives Leopolienses nobis plurimum conquesti essent, quomodo contra contubernia alias naprzeczyw czecham mechanicorum civitatis in detrimentum eorum et contra census regales, quos nobis annuatim exsolvunt, mechanici singulorum artificiorum essent locati sub castro Leopoliensi et quorum locacio hucusque continuaretur abs intermissione, nolentes preter modos et conswetudines antiquas aliquas novas conswetudines et modos erigere et admittere, deliberavimus a stiolis *(sic)* et a nostrorum predecessorum capitaneorum Leopoliensium officialibus, quibus dictorum subcastrensium mechanicorum et articulorum infrascriptorum antiqua posicio cognita est, super hys experiri, a quibus informati sumus: quod ab antiquo ibidem sub castro duo fabri dumptaxat servabantur, duo sutores nostrates, sed sutoribus Ruthenicis laborem Armenicum laborantibus liberum fuit ibidem morari et laborare, et unus sartor et non plures mechanici, exceptis Iudeis rubricerdonibus, qui ab antiquo ibi labores suos exercebant, neque eciam ibi quoquomodo potus propinabatur. Pro tanto nos promittimus dictis consulibus et civibus Leopoliensibus predictum modum tenere et omnes mechanicos preter superius enumeratos contra antiquam conswetudinem locatos repellere, et nulla penitus artificia ultra premissos artifices exerceri permittere et in futurum alios artifices preter numerum premissorum artificum non locare neque locari admittere, Armenos eciam et omnes nationes in aut extra civitatem Leopoliensem morantes, exclusis Armenis et aliis nacionibus sub castro degentibus ex antique conswetudinis, quam accepimus, informacione, promittimus a iure civili Leopoliensi non segregare, sed quod pro omnibus questionibus eis motis de se querulantibus nullibi nisi in iure civili respondeant iuxta privilegium civitatis eiusdem; hospites eciam ab undecunque venientes et signanter hospites transmarinos tam Christianos quam paganos cuiuscunque generis et conditionis extiterint, in iurisdicionem et civitatem Leopoliensem venientes, pro omnibus questionibus coram nemine de se querulantibus respondebunt, nisi in iure civili coram advocato Leopoliensi. In locacione autem interpretum alias tulmacze, quos consules Leopolienses locant et statuunt, dictos consules impedire

nolumus, sed quos ipsi consules locaverint, volumus habere pro statutis et locatis. Insuper dictis civibus et incolis ac suburbanis Leopoliensibus per se vel ex defectu equorum per alios appreciatos homines, liberum sit frumenta et cuiuscunque generis grana ad molendina regalia vel civilia, ubi placuerit, conducere et ibidem molere, preter brasea et pistores, qui solummodo ad molendina regalia sint astricti, sed quod nullus civis molendinum habens talia frumenta aliis incolis civitatis et suburbanis propriis equis in molendinum suum conducere audeat quoquomodo. Volumus eciam, quod sub castro secundum tencionem antiquam fora non celebrentur nec per mechanicos et alios homines ibidem degentes neque eciam per advenas, sed solummodo in civitate Leopoliensi. Quos articulos preexpressos promittimus dictis civibus Leopoliensibus irrefragabiliter tenere et eos in eisdem non impetere nec quovismodo vexare, quam pocius eos a vexacionibus vel a vexantibus protegere et in eisdem articulis conservare illibatos et in iure et silvis eorum ab eos vexantibus volumus protegere, et quod liberum eis sit in silvis regalibus tenute nostre pro usu eorum ligna excidere, ita tamen quod tributariis regalibus in alveariis alias wbarczy dampna non inferant, que si illata fuerint per dampna inferentes volumus reponi et compensari. Cuius rei in evidenciam clariorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Leopoli Sabbatho die in vigilia Exaltacionis Sancte Crucis anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa Nr. 195. Na pasku pergaminowym zawieszona na zwyczajnym wosku wyciśnięta pieczątka z odciskiem herbu Odrowąż i nieczytelnym napisem w otoku.

XLII.

We Lwowie 22. Października 1460 r.

Ławnicy lwowscy potwierdzają układ o dom, który stanął pomiędzy Dorotą Kaffoffen a Anną Szymonową Korsnerową.

Wir .. Scheppen der Stat Lemborg Bekennen offinbarlichen mit dezen vnserem briffe allen, den is notdorft ist: Das durch ortel vnsers gehegten Dingis, Das der Namhaftige herre Iorge Korsner der larczal vnsers lieben hern Tausend firhundert vnd sechs vnd fumffczik Iar, an der metwoche noch Lucie *(15. Grudnia 1456 r.)* vorwesete, dy gobe, die dy Toguntsamme frawe Dorothea Kaffoffen vor dem Ersammen gesessenem Rate vnser obgenanten Stat, eren Eynenkeln off erem hauze czweschen Iorge Scholtis an eyme vnd

Czarny Ianen, vnserr Burger, am andern teyle heuzern am ringe gelegen, gethon hot, machtloz geteilet ist. Das het Dauid vnser Burger als eyn vormonde der Erber frawen Simon Korsnerin mit eynem Scheppenschillinge belegit. Dornoch der Iarczal vnsers liebin hern MCCCC vnd zechczig Iar an der metwoche neste noch der heiligen Eylfftausint Iuncfertag hot auch vor vnserem gehegetem Dinge, Das der obgenante vnser feith zas, dy egenante frawe Dorothea Caffoffen durch matis Snetin eren vormonden Dy helfte des selbin hauses als obin gelegen der obgenanten frawen Anne Simon korsnerin erblichen vorreicht vnd offgegeben mit allen rechten czu besiczen vnd vor sich czu habin vnd an eren nocz czu venden, als is der frawen Simonen vnd eren geerbin am besten wirt behagen. Vnd hot globit vor alle ansproche noch der Stat rechte Sunder dy ander helfte des selbin hauzes sal dy frawe Caffoffen vor sich haben, sich do mete aushelden vnd dy scholde do von beczalen. Des czu hocher Kunthschaft ist vnser Scheppen Sigel an dezen briff gehangen. Gescheen der Iarczal der tage als obin.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa Nr. CCXXII. Na pasku pergaminowym zawieszona, na zielonym wosku wyciśnięta już tylekrotnie opisywana pieczęć ławników lwowskich.

XLIII.

W Krakowie 23. Czerwca 1461 r.

Kazimierz Jagiellończyk znosi jarmarki w Tyśmienicy, Rohatynie, Gołogórach, Trembowli i Jazłowcu.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, narracione plurimorum fidedignorum veridica et signanter nobilis Cristophori de Sanctoromulo, Italici Ianuensis, zupparii Drohobiciensis et theolonatoris nostri Leopoliensis, fidelis dilecti, informacione plana et certiori comperimus, quomodo annalia fora in Thyschmyecza (*sic*), Rohathin, Gologori, Trebowlya et Iaszlowyecz [1]), opidis, suscitata et celebranda theloneo ac civitati insigni Leopoliensi nostre admodum sunt dampnosa nocivaque ac thezaurum nostrum exinde provenientem reipublice accomodari proficuum et utilem destruenda et diminuenda; cuius mage (*sic*) incrementacionem et condicionem meliorem ac

1) Tyśmienica miasteczko w powiecie tłumackim. Rohatyn miasto powiatowe. Gołogóry miasteczko w powiecie złoczowskim. Trembowla miasto powiatowe. Jazłowiec miasteczko w powiecie buczackim.

eiusdem reipublice sublevacionem studiosa mente et fervidiori animo mallemus et volumus efficere operari et intueri. Ne igitur huiusmodi annalia fora, in ipsis opidis celebrata, dicta theolonea et civitatem Leopoliensem anichilent, diminuant et perturbent et comune bonum quoquo modo impediant, dicta fora annalia, ne de cetero in ipsis opidis celebrentur de voluntate et consilio nostrorum consiliariorum decrevimus, instituimus ac censemus et decernimus fore revocanda et revocamus presencium per tenorem. Quocirca tibi magnifico Andree Odrowansch de Sprowa, palatino et capitaneo nostro Russie generali, sincere dilecto, comittimus et mandamus seriose omnino habere volentes, quatinus dicta annalia fora, ne, ut premittitur, in eisdem opidis deinceps celebrentur nomine et vigore nostris reclamare et revocare mandes et procures, ac omnes et singulos mercatores, institores, negociatores et vectores, qui ipsi theoloneo et civitati Leopoliensi nocere possint, ad eadem annalia fora in ipsa opida proficiscentes et descendentes, cum omnibus eorum bonis, mercibus et rebus universis arestes et recipias, ac adusque nostram Regiam informacionem, quid cum eisdem sis facturus, serves et teneas, secus pro nostra gracia facere non ausurus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Cracouie feria tercia in vigilia sancti Iohannis Baptiste anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Relacio reverendi patris domini Iohannis Episcopi Wladislauiensis et Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 196. Po pieczęci pozostało tylko wcięcie, przez które przeciągnięty był pasek pergaminowy.

XLIV.

Pomiędzy Łuczanami a Ostrowem 17. Sierpnia 1461 r

Jerzy Strumiło z Dymoszyna, podkomorzy lwowski, rozgranicza wsie Ostrów i Łuczany.

Nos Georgius Stromilo Heres de Dinoschin *(sic)* Succamerarius Leopoliensis significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo venientes personaliter ad nostram presenciam tanquam succamerarii et aliorum dominorum infrascriptorum nobiles Iohannes alias Iura de Dambrowka et Heduigis, uxor ipsius legittima, heredes de Ostrow, et famosi

consules civitatis Leopoliensis, tutores bonorum hereditariorum Luczani [1]), ad hospitale in Leopoli pertinencium, pari voluntate nos rogaverunt, ut exequitaremus inter prefata bona, in districtu Zudaczoviensi iacentia, videlicet Ostrow, hereditaria ipsius Iura et Heduigis, uxoris sue, ab una, et inter Luczany, eciam hereditaria bona hospitalis Leopoliensis, parte ab altera; et ut scopulos antiquos ex antiquo inter predicta bona prefatarum parcium limitatos et habitos renovaremus et consiparemus. Nos itaque dictarum parcium peticioni tanquam consone acquiescentes, exequitavimus ex officio nostri succamerariatus et voluntate ac consensu speciali parcium dictarum, habitis conspectisque scopulis antiquis ex antiquo, ut premissum est, inter predictarum parcium bona tentis et limitatis. Renovavimus prefatos scopulos antiquos et consipavimus in numero viginti, incipiendo a primo scopulo aciali et a medietate fluvii Bobrka dicti, qui currit per Dzyewyanthnyki [2]) inferius ad eadem bona parcium predictarum, incipiendo a maczycza eiusdem fluvii Bobrka, renovavimus et consipavimus primum scopulum in ripa eiusdem fluvii et super prato circa eundem fluvium et processimus recte per montem et per Babiczow usque ad lutum Ruthka nuncupatum et per prefatum lutum Ruthka ivimus usque ad graniciem Holtowska ville sic dicte, que villa pertinet ad ecclesiam in Chodorowstaw [3]), et ab inde transivimus ad vallem dictam Obod, que vallis dividit terram luczenska et ostrowska. Super qua valle Obod finalis et acialis scopulus iacet. Que vallis Obod cum sua insula, quam circumdat, pertinet ad villam Ostrow ipsius Iura. Et circa primum et finalem scopulum ministerialis Iaschek Zudaczouiensis prima, secunda et tercia quartaque vicibus proclamavit, si aliquis contra eosdem scopulos per nos renovatos et consipatos aliquid haberet dicere vel agere et nullus contradixit. Super que memoriale per partes predictas est positum et per iudicium nostrum receptum. Nos igitur tanquam succamerarius predictos scopulos per nos renovatos et consipatos de consensu et voluntate dictarum parcium penes robur perpetue firmitatis remansimus et sentenciavimus tenoreque presencium confirmamus et adiudicamus ipsos scopulos robur perpetuum obtinere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum ibidem in eodem loco granicierum anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo feria secunda ante festum sancti Bartholomei proxima, presentibus ibidem generosis et nobilibus Iohanne Chodorowsky Subdapifero, Schlapa Camerario Leopoliensibus, Iurscha de Chodorowstaw, Francisco Dzyewyanthnyczsky, Ivasthkone Dulepsky, Nicolao Korythko

---

1) Ostrów i Łuczany wsie w powiecie bóbreckim.

2) Dziewiętniki wieś w powiecie bóbreckim.

3) Hołtowice i dziś należą do rz. kat. kościoła w Chodorowie.

de Ruda, Paschkone et Stano fratribus Iurkowsczy, Thoma de Wroblovycze alias Korythko et aliis quam pluribus fide dignis circa premissa testibus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 197. Na pasku pergaminowym zawieszona na zwyczajnym wosku wyciśnięta pieczęć podkomorzego Strumiły, z której się pokazuje, że familia ta nie pieczętowała się herbem Nałęcz, jak twierdzi Niesiecki tom VIII. str. 537. Odcisk herbu naszego bowiem ma najwięcej podobieństwa do Dąbrowy, bo przedstawia podkowę barkiem do góry, nad nią u góry krzyż i takież, zdaje się, dwa krzyże prostopadle na ocełach stojące.

XLV.

(We Lwowie) 15. Września 1461 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan Świnka, podstoli lwowski, zapisał wieś swoją Bobrczany Mikołajowi z Gołogór, podkomorzemu lwowskiemu, w sumie 60 grzywien i że tenże Świnka obowiązany jest wywieść granice tej wsi, tak jak je w niniejszym dokumencie oznaczono.

Nos Petrus de Braneze iudex necnon Iohannes de Vyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo veniens personaliter ad presenciam iudicii terrestris generosus dominus Iohannes Svynka, subdapifer Leopoliensis, non compulsus, nec coactus, nec aliquo errore devio seductus menteque corpore existens sanus, coram iudicio libere recognovit, se teneri certi ac veri debiti sexaginta marcas pecunie comunis monete et numeri Polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, generoso domino Nicolao de Gologori, succamerarii *(sic)* Leopoliensis; quas quidem sexaginta marcas ad festum Conductus Pasce proxime affuturum solvere est obligatus et se per presentes summisit, si autem non solvat, extunc villam dictam Bobrezany [1], in districtu Leopoliensi sitam, quam ipse dominus Gologorsky in obligacione diu tenet, pro eisdem sexaginta marcis et pro prioribus debitis, iuxta quod priores inscripciones prefati domini Nicolai canunt, iam condescendit et condescendens rite et racionabiliter temporibus perpetuis fato Nicolao Gologorsky resignavit cum omni iure, dominio et proprietate, utilitatibus, redditibus, censibus, proventibus, fructibus, agris, pratis, campis, silvis, borris, mericis, gaiis, piscinis et earum demissionibus, stagnis,

1) Bobrzczany pomiędzy Dunajowem a Pomorzanami w powiecie złoczowskim.

fluviis, lacubus, aquis et earum decursibus, molendinis et eorum emolimentis, kmetonibus, laboribus, tabernis, penis, venacionibus, aucupacionibus, mellificiis, viis stratis, semitis, sareptis, ac generaliter cum omnibus et singulis spectanciis et coherenciis universis, quocumque nomine seu vocabulo censeantur, nichil penitus sibi nec suis successoribus iuris, dominii et proprietatis in ibidem reservando, quoad longitudinem et latitudinem predicte ville Bobrczany, prout in suis metis graniciis atque signis et circumferencialiter est distincta et limitata, prout solus tenuit et possedit, per ipsum dominum Nicolaum Gologorsky aut ipsius legitimos successores tenendum, habendum, possidendum, utifruendum, commutandum, alienandum, vendendum, donandum ac in usus suos et suorum successorum legitimorum beneplacitos convertendum, iuxta beneplacitum sue voluntatis, prout sibi suisque successoribus melius, utilius et conveniencius videbitur expedire. In qua quidem possessione dictorum bonorum prefatus dominus Swynka prefatum dominum Gologorsky protegere et defendere debet ab omni persona sexus utriusque iuxta consuetudinem terrestrem, prout aliqua persona prescripcionem habet in iure terrestri. Item etiam prefatus dominus Swynka obligatus est aducere granicies alias wyvyescz albo vyechacz granycze, ad dictam villam spectantes, ita ut sequetur primo a scopulo ex illa parte silve cum domino Archiepiscopo iacenti usque ad aciem montis, alias do wyrsch gory, qui iacet supra torrente, alias nad potokem dicto Strzemyenna, monte supra dicto eundo usque ad lutum alias do blotha per Kropyecz [1]) remanendo Bobrczany circa prata, quibus ex antiquo perusa est, usque ad illam partem Kropyecz inferius nove piscine, alias ponysz novego staw, et pereundo Kropyecz inferius piscine, alias nyrzey staw, usque ad montes dictos Sczalby et veniendo ad Sczalby, Sczalby ire usque ad primum scopulum Sukmanowsky et ab eodem scopulo pertranseundo civitatis (?) alias mynąwschy Lany medietate campi inter scopulo Sukmanowskymy y bohutynskymy [2]) ire scopulo usque ad terram Czyzyowska, vulgariter ycz kopczem po srotkem pola myedzy kopczy Sukmanowskymy y bohutynskymy asch do zyemye Czyzowskey [3]). Si autem ipse dominus Swynka nollet granicies educere sic, ut prefertur, et ob hoc dominus Nicolaus Gologorsky dampnum aliquod perciperet, illud non domini Gologorsky, sed ipsius domini Swynka super simplicem assercionem ipsius domini Gologorsky fieri debet. Et dum pro premissis cittaretur sic in ius terrestre aut castri Leopoliensis, extunc in primo termino parere et totam suam causam perdere debet, succumbendo per tres marcas iudicio et parti. Non evadendo ipsum dominum Nicolaum Gologorsky ullo iure nec literis Regalibus, bello, expedicione, prescripcione, legacione colloquio generali,

---

1) Wieś Koropiec w pobliżu Bubrzczan, pomiędzy Sukmanówką a Bohutynem.

2) Sukmanówka i Bohutyn wsie w powiecie złoczowskim.

3) Czyzów na północ od Bohutyna.

novis aut veteribus constitucionibus seu laudis terre, simplici aut vera infirmitate, nec se excipiendo ad districtus alios pro maiori nec aliqua re excogitata, sibi in facto subsidiaria. Et iam in eodem primo termino ipse dominus Nicolaus Gologorsky ipsum dominum Swynka in toto suo lucro, penis et dampno condempnare potens erit, tanquam in termino peremptorio. Super que omnia per dominum Nicolaum Gologorsky memoriale est positum, per iudicium vero receptum. In cuius rei testimonium presentibus sigilla nostra sunt appensa. Actum et datum feria tercia proxima post festum Nativitatis Marie anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Iohanne de Vyssokye Subiudice terrestri Leopoliensi, Nicolao et Iacobo de ibidem, Masko Balaban, Stanislao Knyhynsky, Iohanne Bassynsky, Alberto Swatek de Vyasth, Iohanne Czemyerzynsky et aliis circa premissa quam pluribus testibus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 198. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie pieczęci na zwyczajnym wosku wyciśnięte, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga podsędka znacznie uszkodzona.

XLVI.

W Krakowie 26. Stycznia 1462 r.

Kazimierz Jagiellończyk nadaje za zgodą mieszczan lwowskich mieszczanom kamienieckim pewne ulatwienia co do składu lwowskiego a to ze względu na przerwane stosunki pomiędzy Kamieńcem a Woloszczyzną.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod cum in generali convencione Noueciuitatis alias Korczin pro festo sancti Nicolai *(6. Grudnia 1461 r.)* proxime transacto et diebus sequentibus celebrata consules et cives civitatis Cameneczensis maiestati nostre, prelatis et consiliariis regni nostri instanter supplicarent, ut eis cum mercibus eorum in regnum nostrum negociandi causa libera daretur via et transitus, videlicet per Luczko et Olesko, non tangendo depositum generale civitatis Leopoliensis neque districtum civitatis eiusdem, quam viam temporibus antiquis asserebant esse eis expositam, allegantes, quia modo in partes ultramarinas Valachiam et alia loca propter bellorum stridorem nullas securas et liberas vias haberent, constituti consules civitatis Leopoliensis petiverunt, se circa iura et emunitates eorum conservari affirmabantque

dictam causam inter cives Cameneczenses et alias civitates ab una et civitatem nostram Leopoliensem partibus ab altera de consiliarorum nostrorum consilio in Leopoli per maiestatem nostram visis et auscultatis privilegiis et litteris eorum fuisse diffinitam, cognitam et sentenciatam, cuius diffinicionis et sentenciacionis maiestatis nostre patentes litteras tunc produxerunt continentesque, quod civitas Cameneczensis et cetere Podolie et Russie ac aliarum parcium civitates alias nullos transitus negociandi causa habent preterquam in generale depositum civitatis Leopoliensis. Nos vero super his cercius volentes experiri maturamque habere investigacionem, dictis partibus pro festo sancte Agnetis *(21. Stycznia 1462 r.)* in Cracoviam terminum parendi assignavimus, ubi partibus constitutis de consiliariorum nostrorum consilio et maxime ex iuribus civium Leopoliensium cognovimus prefatam viam et transitum per Luczsko et Olesko nunquam fuisse tentam. Sed ut ipsos cives Cameneczenses, quatenus se munire et fortificare valeant pro securiori terre Podolie conservacione, nunc redderemus aliquo modo consolatos, dictos consules Leopolienses rogavimus, ut iuribus eorum non derogando dictis civibus Cameneczensibus per depositum Leopoliense ad certum tempus liberum pertransitum indulgerent. Qui ad vota maiestatis nostre cum difficultate magna talem eis concesserunt indultum, iuribus eorum per omnia semper salvis, infra hinc et duorum annorum decursum duntaxat valiture, quod duntaxat cives Cameneczenses, exclusis ceteris omnibus et singulis civitatibus et opidis ibi adiacentibus cum mercibus eorum nullibi preterquam in depositum Leopoliense veniant ibique ipsas merces deponant et iuxta consuetudinem antiquam Leopoliensem omnem eorum ceram crudam sive frixatam alias smelczowany, in pecies alias w kupye pro examine puritatis frixent et disponant. Que pecies sic examinate non educantur de Leopoliensi civitate, donec signeto civitatis Leopoliensis in signum iusti examinis fuerint signate, omnesque species aromaticas ut piper, zinziber, cariofolos etc. per civitatis Leopoliensis officiales ad id deputatos cribrent, pausantesque duabus septimanis cum mercibus eorum in regnum nostrum, ubi placuerit, per Leopolim transeant, soluto iusto Leopoliensi theloneo, comparatisque aliis mercibus viceversa in Leopolim redeant et alios obliquos transitus non faciant, pausatoque unius septimane spacio in predicto Leopoliensi deposito solutoque ab eisdem reductis mercibus iterum Leopoliensi theloneo in Podoliam libere transeant. Tali tamen condicione, quod si ipsi cives Cameneczenses aliis mercatoribus intraneis sive extraneis merces sub nomine civium Cameneczensium perduxerint, quod ipsi cives Leopolienses nostra regia et iurium eorum facultate tales merces recipiant in pertransitu depositi Leopoliensis. Qua libertate sive indulto duorum annorum sic defluente, volumus, ut ipsi cives Cameneczenses eorum transitum et traduccionem rerum et mercanciarum deinceps observent et teneant iuxta continenciam iurium et privilegiorum, que consules et cives ipsi Leopolienses super depositum eorum generale habent et obtinent. Harum quibus sigillum nostrum pre-

sentibus est subappensum testimonio litterarum. Datum Cracouie feria tercia in crastino Conversionis beati Pauli anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Relacio reverendi patris domini Iohannis de Brzesze, utriusque Iuris Doctoris, Electi Ecclesie Cracouiensis, Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 199; pieczęć wraz z paskiem oderwana.

XLVII.

We Lwowie 11. Września 1462 r.

Andrzej Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta ruski, i Jerzy Strumiło z Dymoszyna, podkomorzy lwowski, oznaczają granice wsi Zimnowody należącej do Jana Gołąbka.

Nos Andreas Odrowansz de Sprowa, palatinus et capitaneus terre Russie generalis, et Georgius Stromilo de Dimossin, succamerarius Leopoliensis, significamus tenore presentium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo, dum multe et diverse discordie, molestie et controversie fierent et orirentur inter famosos consules, cives et incolas civitatis Leopoliensis ab una et nobilem Iohannem heredem in Zimnavoda partibus ab altera, ita quod in adventu serenissimi domini Regis Kasimiri in Leopolim multas et varias ambe partes de se fecissent et proposuissent querimoniarum questiones et nec finem ipsorum questiones assumpserunt, ipseque Iohannes volens habere finem suarum questionum, portavit et obtulit presentavitque nobis literas commissarias eiusdem serenissimi domini nostri gratiosissimi Regis, ut Deum pre oculis habentes suprascriptis partibus, occasione granicierum inter civitatem Leopoliensem et villam Zimnauoda iustitiam faciamus, nos itaque oneratis conscienciis nostris secundum commisea et mandatum Regiae maiestatis cum dominis infrascriptis, die deputato, terminum posuimus ad videndum, distinguendum et limitandum granicies et ad faciendum eviternam concordiam et pacem inter civitatem Leopoliensem et cives eiusdem et villam Zimnauoda, prima, secunda et tercia diebus exivimus et descendimus circuendo et conspiciendo granicies civitatis Leopoliensis et ville Zimnauoda, ubi dictas partes concordare non potuimus. Quarto vero die exire noluimus, donec consules Leopolienses consenserunt super laneorum medias longitudines alias na pol dle (*sic*) pro dicta villa Zimnavoda versus civitatem Leopoliensem emensurandas, quod ipse Iohannes Golambek consentiendo grate suscepit,

existens contentus de eo. Extunc processimus et exivimus et granicies inter civitatem Leopoliensem et villam Zimnavoda fecimus. Scopulos consignavimus et ereximus ordine tali: primo incipiendo a Krznylow [1]) ab ista parte fluvii decurrentis per villam Zimnavoda inter argulum alias myedzi nyvą Iakim ab una et villam Zimnauoda parte ab altera sippavimus primum scopulum acialem et secundum sursum tendendo in fine prime aree circa posteriores sepes alias ot ' zatylnych plotow. A quo scopulo emensuravimus et dimetiti sumus pro dicta villa Zimnauoda medietatem longitudinum laneorum sippando scopulos penes parietem ville Krznylow circa argulum Iakym versus civitatem Leopoliensem tendendo et in fine medietatis longitudinum sippavimus secundum scopulum acialem, et sic sippavimus continuando scopulos in fine medie longitudinis a pariete Leopoliensi procedendo per transversim alias na przeki usque versus finalem aream eiusdem ville ab altera parte, ubi emensurata similiter media longitudine sippavimus tertium scopulum acialem; et a dicto scopulo aciali revertendo ad aggerem piscine nuncupate Rudnystaw, fundate in predicto fluvio et site circa silvam Strankowaczecz, et ad locum antiqua curia alias stare dworzysko apellatum circa predictam piscinam, ubi dicta villa finem habet. Et recipientes hoc potenter in manus nostras volentesque ipsum Iohannem Golambek supportare propter servitium Regale de dicta villa faciendum, processimus declivius post aggerem et addidimus sibi partem merice, a luto eiusdem fluvii sippavimusque in merica quartum scopulum acialem et ab eodem mediam longitudinem laneorum scopulos sippando per mericam et per alnetum alias przes lang situm in luto, per quod decurrit rivus alias potok dictus Mokrzecz. Que media longitudo stetit in fine alneti circa pratum, situm post alnetum. Quod pratum ultra predictam emensurationem dicte ville Zimnauoda similiter addidimus, scopulis circumquaque obsippando, circuendo per silve extremitatem alias przes virzchowyzną, per quam etiam dictus rivus Mokrzecz principalius defluit, et ultra rivum, silvam et mericam usque viceversa ad tercium scopulum acialem, ubi dictarum granicierum finivimus limitaciones. Et circa primum, secundum, tercium et quartum scopulos aciales Mathias Pyeczony et Ianussius, ministeriales tonsi Leopolienses, circa quemlibet scopulum seorsum proclamabant prima, secunda, tercia et quarta vicibus, si quis contradicere deberet, contradicat, et nemo contradixit. Super quibus singulis proclamacionibus consules et cives Leopolienses memorialia posuerunt, que nos recepimus iuri satisfaciendo. Quam limitacionem decrevimus, sentenciavimus et diffinivimus robur habere perpetue firmitatis. In cuius rei testimonium et robur maioris firmitatis sigilla nostra presentibus iussimus subappendi. Actum et datum Sabbato proximo post festum Nativitatis sancte Marie Virginis gloriose in Leopoli anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, presentibus gene-

---

1) Zimnawoda i Skniłów wsie blizko Lwowa.

rosis et nobilibus dominis Petro de Brancze Iudice, Nicolao de Romanow Subpincerna Leopoliensibus, Nicolao Mnych de Visnow Tenutario Lubaczouiensi, Miclasch Herborth de Felschtin, Petro Cebrowsky de Zabokruky, Petro de Vinnyczky, Iohanne Niesluchowsky et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad premissa.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 200. Na sznurach z kręconego jedwabiu amarantowego zawieszone były dwie pieczęci, z tych pierwsza wojewody przedstawia na ciemnozielonym wosku odcisk herbu Odrowąż, druga zaginęła, pozostał tylko sznur po niej.

XLVIII.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 23. Listopada 1462 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza na prośbę Krystyna, wójta Ormian lwowskich, przywilej nadany Ormianom przez Władysława Jagiełłę 3. Października 1402 r.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Gesta humanorum actorum faciliter depereunt, nisi amminiculis literarum et fide dignorum testium annotacione sufficienti fuerint perhennata, proinde nos Cazimirus Dei gracia Rex Polonie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Pomeranie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo in nostre maiestatis et nostrorum consiliariorum tunc nobis assidencium presencia constitutus personaliter famosus Cristinus, advocatus Armenorum civitatis nostre Leopoliensis, literas serenissimi domini Wladislai Regis Polonie, genitoris et predecessoris nostri charissimi, admissionem et concessionem negociaciones exercendi, ipsis Armenis factam, in se continentes, obtulit et presentavit nobis, humiliter supplicando, ut ipsam ratificare, approbare et confirmare dignaremur. Cuius tenor de verbo ad verbum sequitur, et est talis:

Tutaj następuje dokument Władysława Jagiełły z 3. Października 1402 r., oddrukowany w tomie IV. nr. 4. Potem brzmi potwierdzenie:

Nos itaque supplicacionibus pro ipsis, advocato et Armenis, nobis humiliter porrectis, tanquam iustis et consonis, annuentes huiusmodi literam ratam atque gratam habentes, in omnibus suis punctis, clausulis, articulis et condicionibus, dictorum consiliariorum nostrorum voluntate ad id accedente, approbavimus, ratificavimus, confirmavimus, approba-

musque, ratificamus et confirmamus perpetuo per presentes, ac de nostra Regia benignitate cupientes ipsorum Armenorum condicionem facere meliorem, ut tanto comodosius de nostris proventibus nobis et nostris successoribus valeant respondere, concedimus et presentibus admittimus, ut merces, res et bona ipsorum universa, tam de transmarinis, quam aliis quibuscumque partibus per eosdem conducta, talento, libra alias Lothem et ulna, sic ut premittitur, more aliorum regnicolarum nostrorum in omnibus civitatibus, oppidis et locis quibuscunque regni et dominiorum nostrorum vendere, propinare et mensurare iuxta consuetudinem antiquam habeant libertatem. Vobis igitur palatinis, castellanis, capitaneis, tenutariis, magistris civium ceterisque officialibus mandamus seriose, omnino habere volentes, quatinus prefatos Armenos ad huiusmodi mercium et bonorum eorundem vendicionem, propinacionem negociaciones quoque exercendi liberas, admittatis et admitti faciatis et debeatis ac ipsos ab infestacione, turbacione et molestacione quorumlibet hominum, cuiuscumque status aut condicionis sint, tueamini et protegatis, et aliter non facturi pro gracia nostra. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Actum et datum in convencione Pyotrkouiensi generali feria tercia ipso die sancti Clementis anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, presentibus ibidem reverendissimo et reverendo dominis Ioanne sancte ecclesie Gneznensis Archiepiscopo et Primate, Andrea Episcopo Poznaniensi ac magnificis et generosis Luca de Gorka Poznaniensi, Stanislao de Ostrorog Calissiensi, Sandiuogio de Lanszenycze Siradiensi, Petro de Opporow Lanciciensi, Nicolao de Cosczielecz Brestensi, Andrea Odrowąsz de Sprowa Leopoliensi Palatinis, Petro de Schamotuli Poznaniensi, Hincza de Rogow Sandomiriensi, Petro de Gay Calissiensi, Ioanne Zaramba de Calinowa Siradiensi, Ioanne de Czarnkow Gneznensi, Andrea de Crethkow Brestensi, Dobeslao Cmitha de Wysnycze Woynycensi, Eustachio de Sprowa Radomiensi Castellanis, Iacobo de Dambno Vicethesaurario et Ioanne de Rithwiany Marschalco Regni Polonie et aliis pluribus fide dignis testibus circa premissa. Datum per manus reverendi patris Domini Ioannis Dei gracia Episcopi Wladislauiensis et Cancellarii ac Ioannis Luthconis de Brzezie iuris utriusque Doctoris, Archidiaconi Gneznensis, Vicecancellarii Regni Polonie, sincere nobis dilectorum.

Ad relacionem eiusdem reverendi patris domini Ioannis Dei gracia Episcopi Wladislauiensis et Regni Polonie Cancellarii.

To potwierdzenie Kazimierza Jagiellończyka potwierdził powtórnie król Zygmunt I. dnia 6. Marca 1519 r. jak następuje:

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie,

Lancicie, Cuiauie, Russie, Prussie, Culmensis, Elbingensis et Pomeranie etc. dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo constituti coram nobis Armeni civitatis nostre Leopoliensis, exhibuerunt literas sub titulo et sigillo serenissimi olim principis domini Cazimiri Regis Polonie, parentis nostri desideratissimi, confirmationem privilegii divi olim Wladislai Polonie Regis, avi nostri charissimi, nonnullas prerogativas eorundem Armenorum in se continentes supplicaruntque nobis, ut illas auctoritate nostra Regia approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Quarum tenor sequitur et est talis:

Tutaj następuje powyżej oddrukowane potwierdzenie króla Kazimierza. Potem brzmi potwierdzenie Zygmunta dalej:

Nos vero Sigismundus Rex prenominatus, annuentes supplicacionibus predictorum Armenorum civitatis nostre Leopoliensis, preinsertas literas et omnia ac singula in eis contenta approbavimus, ratificavimus et confirmavimus approbamusque, ratificamus et confirmamus presentibus, decernentes ipsas robur perpetue firmitatis in omnibus earum clausulis, condicionibus et articulis habituras. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est presentibus appensum. Actum et datum in conventione generali Pyotrkouiensi dominica Carnisprivii anno domini millesimo quingentesimo decimo nono, regni nostri tredecimo, presentibus ibidem reverendissimo et reverendis in Christo patribus dominis Ioanne sancte Gneznensis Ecclesie Metropolitane Archiepiscopo et Primate Sedisque Apostolice Legato Nato, Mathia Wladislauiensis, Ioanne Posnaniensis, Fabiano Warmiensis, Petro Premisliensis et Regni nostri Vicecancellario ecclesiarum Episcopis, necnon magnificis, venerabilibus et generosis Cristoforo de Schidlowiecz Palatino et Capitaneo Cracouiensi et Regni nostri Cancellario, Ioanne Gardzina de Lubrancz Posnaniensi, Nicolao de Dambrowycza Sandomiriensi, Iaroslao de Lassko Siradiensi, Ioanne Iarand Lanciciensi, Ottha de Chodecz Russie generali, Nicolao de Nyszczycze Plocensi et Andrea de Thanczin Lublinensi Palatinis, necnon Luca de Gorka Posnaniensi, Nicolao de Schydlowyecz Sandomiriensi et Regni nostri Thesaurario, Nicolao Iordan Woynicensi et Procuratore nostro generali, Cracouiensi ac Scepusiensi, Zathoriensi, Osswyanczymensi Capitaneo, Ioanne Siradiensi, Adam de Drzewycza Radomiensi Castellanis, Ioanne Liathalsky Gnesnensi, Cracouiensi et Lanciciensi, Ioanne Carnkowski Scarbimiriensi, Andrea Crzyczky sancti Michaelis Plocensi et Sredensi Prepositis, Secretariis nostris et Canonicis Cracouiensibus, Stanislao Chrobersky Vexillifero, Incisore et Pincerna Curie Nostre, Siluestro Oszarowski Succamerario nostro et Zauichostensi, Nicolao Thomyczky Magistro Stabuli Nostri et Costensi Capitaneis, et aliis quam pluribus dignitariis, officialibus et aulicis nostris circa premissa testibus fide dignis, sincere nobis et fidelibus

dilectis. Datum per manus prefati reverendi in Christo patris domini Petri Episcopi Premisliensis et Regni nostri Vicecancellarii, sincere nobis dilecti.

Petrus Episcopus et Vicecancellarius subscripsit.

Relacio eiusdem reverendi in Christo patris domini Petri Episcopi Premisliensis et Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy potwierdzenia Zygmunta w arch. miasta Lwowa nr. 347. Pieczęć zaginęła, pozostał sznur z jedwabiu kręconego kolorów białego, zielonego i brunatnego.

XLIX.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 3. Grudnia 1462 r.

Kazimierz Jagiellończyk nakazuje urzędnikom koronnym, aby nie ściągali cel od mieszczan krakowskich.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. universis et singulis palatinis, castellanis, capitaneis, tenutariis, burgrabiis, theloneariis ac eorum vicesgerentibus, per et infra regnum et dominia nostra ubilibet constitutis, sincere et fidelibus nostris dilectis, gratiam nostram Regiam cum favore. Magnifici, generosi et nobiles, sincere et fideles nostri dilecti. Deductum est coram maiestate nostra querulose per famosos consules, mercatores et cives civitatis nostre Cracouiensis, quomodo in nonnullis locis per vos thelonea ab eis et eorum mercibus ac bonis exiguntur et recipiuntur in grave preiudicium ipsorum, gravamen et iacturam iurium et munimentorum, que a nostris predecessoribus habent et obtinent, quibus mediantibus ab omnibus solucionibus theloneorum et pontalium ipsi mercatores et cives Cracouienses sunt exempti, absoluti et libertati. Ne ergo hec res amodo iuribus eorum preiudicare videatur, sed unusquisque iure et iusticia suis gaudeat, committimus et mandamus vobis seriose, omnino habere volentes, quatinus omnes et singulos mercatores, cives et negociatores civitatis Cracouiensis cum eorum bonis et mercanciis, cuiuscunque maneriei existant aut ponderis, libere ire, transire, ubi opus fuerit, sine quavis theloneorum et pontalium solucione, gabella et depactacione permittatis et permitti debeatis et faciatis, ita ut de fide et obediencia vestris valeatis coram nobis condignam recipere commendacionem, alias omnes tales nostrorum mandatorum transgressores condigna pena absque venia mulctare et punire curaremus et non obstante, quod ob nonsolucionem gabelle, cise ab eisdem civibus et mercatoribus civitatis Cracouiensis thelonea in vim cisze recipere mandavimus, quas quidem

literas, ex quo dacia cisze per ipsos cives Cracouienses datur et solvitur revocamus, cassamus et presentibus mortificamus. Et aliter non facturi gracie nostre sub obtentu. Datum in convencione generali Petrkouiensi feria sexta in vigilia Sancte Barbare anno domini millesimo CCCCLXII[do].

Relacio reverendi patris domini Iohannis de Brzesze iuris utriusque Doctoris, Electi Ecclesie Cracoviensis et Regni Polonie Vicecancellarii.

Acta officii consularis w arch. m. Lwowa T. I. 1462, pag. 50—51, nr. 127.

L.

W Piotrkowie na sejmie walnym 3. Grudnia 1462 r.

Kazimierz Jagiellończyk nakazuje Krzysztofowi de Santo Romulo, żupnikowi drohobyckiemu i celnikowi lwowskiemu, aby od wagi pobierał opłatę tylko od jednej partyi t. j. od sprzedających i aby nie ściągał cła od mieszczan krakowskich.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prusieque dominus et heres etc. nobili Cristoforo de Santo Romulo, zuppario Drohobiciensi et theloneatori Leopoliensi, fideli nostro dilecto, graciam regiam cum favore. Nobilis fidelis noster dilecte! Querulati sunt coram maiestate nostra famosi consules, mercatores et cives civitatis nostre Cracouiensis, fideles dilecti, quomodo tu ab eis ementibus et vendentibus pecunias a libra exigis et requiris contra consuetudinem vetus observatam, quas pecunias a libra solum ab una parte, scilicet vendente exigere et recipere, ut moris est, deberes; quoque ab eis thelonea, a quorum solucione diu literis nostris exempti sunt et soluti, repetis et requiris, in quo ipsis a te magnum infertur preiudicium et gravamen. Committimus igitur et mandamus tibi seriose, omnino habere volentes, quatinus peramplius et deinceps a memoratis consulibus, mercatoribus et civibus huiusmodi pecunias a libra non plures, quam ab una parte, ut premissum est, ab vendente et alias iuxta consuetudinem in talibus observari solitam recipias, theloneum quoque . . . . . . [1]) a cuius solucione exempti sunt, nliatenus exigas neque ulla exigere presumas racione; quinimo ipsos et

---

1) Jeden wyraz zamazany.

eorum factores circa consuetudinem antiquam et iura ipsorum, que desuper a nobis habent, conserves et conservare debeas illorumque bona, que ob nonsolucionem huiusmodi theloneorum ad caucionem fideiussoriam demisisti, ab eadem caucione fideiussoria relaxes et amplius eo in bonis eorum non arrestes. Ita no (*sic*) ab eis aut aliquo eorum ob eam rem de cetero impulsantur. Et aliter facere non ausueris gracia nostra sub obtentu. Datum in convencione generali Petrkouiensi feria sexta ante festum Sancti Nicolai anno domini millesimo CCCCLXII[do].

Relacio reverendi patris domini Iohannis de Brzesze Electi Ecclesie Cracoviensis, Regni Polonie Vicecancellarii.

Acta Officii consularis w arch. miasta Lwowa T. I. pag. 50, nr. 126.

LI.

We Lwowie 15. Lutego 1463 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, jako stanął dział majątkowy pomiędzy Stanisławem, Mikołajem i Katarzyną, dziećmi zmarłej Anny, a ojczymem ich Marcinem Burzą.

Significamus per presentes etc., quomodo certi confratres nostri consulares, a nobis plenariam commissionem habentes, post obitum domine Anne, olim coniugis Martini Burza civis nostri Leopoliensis, inter Stanislaum, Nicolaum et Katherinam, Petri Lindner civis nostri tunc presentis uxorem, olim domini Nicolai iuvenis Sculteti prefate domine Anne primi viri pueros cum ea susceptos et procreatos, occasione bonorum patrimonialium dictorum puerorum, que prefata domina Anna mater eorum tenuit, et similiter racione bonorum matrimonialium per obitum eiusdem domine Anne ad eosdem pueros devolutorum ab una, et inter prefatum Martinum Burza racione partis sive sortis eius similiter per mortem eiusdem domine Anne uxoris sue vigore laudi et arbitrii huius civitatis de bonis eorum coadunatis et permixtis ad eum devolute, partibus ab altera, talem perpetuo duraturam fecerunt concordiam, et finalem composicionem: Ita quod prefati pueri habere debent domum acialem in circulo ex opposito domui Fogel de Mosczisk a, circa plateam Corporis Christi sitam, et medietatem domus domine Hedwigis, olim Nicolai antiqui Sculteti relicte inter domine Agnethis, olim domini Zindrich relicte, ab una et domini Miclasch ab altera partibus, domos in circulo situatas, unam institam pannicidii ac allodium prefati iuvenis

Sculteti patris eorum in suburbio porte Cracouiensis penes allodium, Holowsko nuncupatum, situm cum elocacione emethonum, piscinis, molendino ac universis appendiis et pertinenciis, similiter allodium propinquius ibidem penes molendinum dominorum canonicorum Leopoliensium situm, ac etiam due partes censuum in cerdonibus ante portam Haliciensem sedentibus, quorum censuum terciam partem prefata domina Hedwigis ex hereditaria successione pro se tenet et possidet. Ex adverso vero Martinus Burza pro sua hereditaria successione habere debet domum ligneam inter prefatam iuvenis Sculteti domum acialem et Gregorii de Cracouia domum sitam, et aliam domum in acie platee Corporis Christi penes domum Petri Institoris de Grodek situatam ac ortum ante portam Cracouiensem penes ortum Sanoczki ab una et plateam penes ecclesiam Rutenicalem partibus ab altera situm, civitati mediam sexagenam censuantem, et unam institam pannicidii. De rebus vero mobilibus, quocunque nomine censeantur, ambe partes, videlicet tam pueri predicti, quam ipse Martinus Burza, reddite sunt contente de eisdemque rebus mobilibus sufficienter habuerunt expedicionem. Datum feria quarta Cinerum in crastino Sancti Valentini Episcopi et Martiris gloriosi.

Acta Officii consularis w arch. m. Lwowa T. I. de anno 1463 pag. 41. nr. 174.

LII.

We Lwowie 6. Czerwca 1463 r.

Andrzej Odrowąż ze Sprowy, wojewoda i starosta ruski, i Piotr z Branic, sędzia ziemski lwowski, poświadczają, że Anna, żona Jana z Wysokiego, podsędka ziemskiego lwowskiego, zapisała mężowi swemu 500 grzywien na połowie swych dóbr macierzystych a mianowicie na wsiach Glińsku czyli Grodziszczu, Winnikach, Rudzie i Nyśmienniczach, które to 500 grzywien wydał jej mąż na splacenie dlugów ciężących na tych dobrach i na ulepszenie ich.

Nos Andreas Odrowansch de Sprowa, palatinus et capitaneus terrarum Russie, necnon Petrus de Brancze, iudex terrestris Leopoliensis, generales, significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo veniens personaliter ad nostram et aliorum dominorum inferius descriptorum, protunc nobiscum existencium, presenciam generosa domina Agnes, consors generosi domini Iohannis de Wyssokye, subiudicis terrestris Leopoliensis, non compulsa,

nec coacta, nec aliquo errore devio seducta menteque corpore existens sana ac amicorum suorum maturo freta consilio, coram nobis libere recognovit, quia idem dominus Iohannes, maritus suus ipsam in matrimonium ducendo et in uxorem recipiendo, in bona ipsius Agnetis maternalia, in districtu Leopoliensi iacencia, videlicet Glynsko alias Grodzyscze, Vynnyky, Ruda et Nysmyennycze [1]) quingentas marcas pecunie communis monete et numeri Polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, inportavit; quibus quingentis marcis easdem villas de obligacionibus exemit debitaque prioris mariti ipsius Agnetis, videlicet generosi Iohannis alias Hanek Chelmsky, bone memorie, exolvit, bonaque eadem in curiis, prediis, molendinis, piscinis, piscatoriis et minerificio melioravit, et racione eiusdem importacionis dictarum quingentarum marcarum prefata domina Agnes dicto domino Iohanni subiudici easdem quingentas marcas in medietate supradictarum villarum et in tota curia, molendino et piscina subcuriali et minerificio alias narudze demonstravit, inscripsit et reformavit, presentibusque inscribit et reformat, et iam in eandem medietatem villarum dictarum cum omni iure, dominio et proprietate, nichil iuris, dominii et proprietatis pro se penitus reservando, intromissionem totalem eidem domino Iohanni dedit. Quamquidem medietatem dictarum villarum fatus dominus Iohannes habebit et tenebit tamdiu, quousque dicte quingente marce per ipsam Agnetem aut posteritatem suam plenarie fuerint persolute, et possidebit eandem medietatem dictorum bonorum cum omni iure, dominio et proprietate, utilitatibus, censibus, fructibus, proventibus, redditibus, agris, pratis, campis, arvis, nemoribus, silvis, mericis, borris, gaiis, mellificiis, venacionibus, aucupacionibus, quercetis, rubetis, rivis, torrentibus, fluviis, aquis et earum decursibus, piscinis ipsarumque demissionibus, molendinis et eorum emolimentis, minerificio, viis stratis, semitis, sareptis, rippis, tabernis ac obvencionibus generaliter universis, quocumque nomine et vocabulo vocitentur, necnon cum omnibus et singulis appendiis et coherenciis ad dictam medietatem supradictarum villarum quomodolibet spectantibus. Eciam eadem domina Agnes, circa eadem acta stans personaliter, recognovit, quia equirea, alias Stado, que est et erit cum omnibus apibus, ovibus et viginti tribus peccoribus cornutis, per ipsum Iohannem impulsis, est ipsius Iohannis tota. Super que omnia per ipsum dominum subindicem memoriale est positum, per nos vero receptum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli feria secunda in crastino sancte Trinitatis anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio, presentibus ibidem strenuis, generosis et nobilibus dominis Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka Vexillifero, Nicolao Romanofsky Subpincerna Leopoliensibus, Iohanne Cola Succamerario Haliciensi, Raphaele Iaro-

1) Glińsko, Winniki i Ruda (krechowska) wsie w powiecie żółkiewskim. Czwartej wsi nie było można odszukać.

slawsky, Myklasch Herborth, Iohanne Belzeczsky et aliis quampluribus testibus fidedignis circa premissa.

Oryginał na pergaminie. Własność pana Laskowskiego. Dwie pieczęci, które na paskach pergaminowych niegdyś były zawieszone, zaginęły.

LIII.

W Wrocławiu 28. Sierpnia 1463 r.

Hieronim, arcybiskup kreteński, poświadcza, że kupił od Acursia de Carignano 256 skórek sobolich zwyczajnego gatunku za cenę 200 złotych węgierskich.

Hieronimus archiepiscopus Cretensis, apostolice sedis legatus etc., universis et singulis presentes inspecturis significamus et affirmamus, nos de mense Maii anni presentis MCCCCLXIII emisse ab Accursio de Carignano Iannensi, in civitate Wratislauiensi tunc temporis existente, ducentas quinquaginta et sex pelles sabellinas communis qualitatis et bonitatis pro precio ducentorum florenorum Hungaricorum, quos eidem Acursio in numeratis dedimus nomine precii et totalis solucionis, anno et mense, quibus supra. In cuius rei fidem ad cautelam aliquorum sua forte interesse putancium has fieri et nostro parvo sigillo muniri fecimus. Wratislauie die vigesima octava Augusti MCCCCLXIII.

Ioannes Surianus de . . . . [1]) scripsit.

Acta Officii consularis arch. miasta Lwowa T. I. pag. 206. Nr. 457.

LIV.

We Lwowie 12. Października 1463 r.

Ławnicy lwowscy poświadczają, że Kasper Bernesz sprzedał dom swój we Lwowie przy ulicy szewskiej Piotrowi Nimandowi.

Wir .. Scheppen der Stath Lemborg Bekennen Offinbarlichen Mit laute dis briffis allin, den is geböret, das vor vnserm ausgelegetem gehegetem Dinge, Das der Namhaftige Herre Iorge Korsner, vnser foith, zas personlich steende der Erber Caspar Bernesz,

1) Jeden wyraz niezrozumiały.

vnsers amptis eitgenos, vnd hot seyn haus, das der frawen Clingesporneu gewest ist, hinder des Ersammen hern peter nymanden hause off der schugassen gvmithlichen gelegen, mit allen rechten, lang, breith, weith, als her is selber bisdoher gehalden hot, Dinglichen vorreicht, vorlanget vnd offgegebin yn rechtem kawffe vnd genuglicher beczalunge dem obgenanten hern peter Nymanth czu haben, czu beseczen, vorgeben, vorwechseln, vorkewffen vnd an seynen besten notcz czu wenden, als is den egenanten her peter nymant vnd seyne geerben vnd rechte nochkomlinge des beste vnd notczberlichste wirt vordunckeu; Vnd hot globit der obgenante Casper vor alle ansproche desselben hausis vnd en czu fortreten kegen allen personen noch der Stat rechte. Des czu hocher konthschaft vnd sicherheit habe wir vnsers Scheppinamptis Ingesegel an desin brift lossin hengen. Gegeben an der nesten metwoch vor Sinte Hedwig tag der Iarczal vnsers lieben hern Tausend vierhundert vnd drey vnd zechczig Iar.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 202; na pasku pergaminowym zawieszona na zielonym wosku wyciśnięta, już opisywana pieczęć ławników lwowskich.

LV.

We Lwowie 7. Stycznia 1464 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że pomiędzy Abrahamem Chochłowskim z Kamionopola i mieszczanami lwowskimi Klemensem i Wawrzyńcem stanęła ugoda co do zadanych sobie wzajemnie ran.

Nos Petrus de Brancze iudex et Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales recognoscimus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo presentibus magnificis dominis Iohanne de Thanczyn castellano Cracouiensi, Derslao de Rythwany palatino et Iohanne de ibidem Regni Polonie marschalco et capitaneo Sandomiriensibus, generalibus commissariis iudicibus in terras Russie missis, una nobiscum pro tribunali Regie maiestatis protunc sedentibus, tandem veniens personaliter ad presenciam nostri nobilis Abraham Chochlowsky de Camyonopole [1]), non compulsus, nec coactus, nec aliquo errore devio seductus, menteque, corpore existens sanus, coram nobis libere recognovit, quia pro omnibus causis inter ipsum Abraham nobilemque Derslaum generum et ceteros familiares

---

1) Kamienopol wieś pod Lwowem.

ipsius Abrahe ex una, necnon famosos dominos prothoconsulem et consules providosque viros Clementem et Lorincz cives Leopolienses parte ab altera vertentibus, et hoc pro wulneribus per famatum Derslaum et ceteros familiares fati Abrahe dictis civibus Clementi et Lorincz, et e converso sibi Derslao et familiaribus per ipsos Clementem et Lorincz illatis, et pro rebus non modicis per eosdem familiares de domo ipsius Abrahe de Camyonopole exequitantes dictis civibus receptis, concordiam totalem ac omnimodam fecit et contraxit, pro hys omnibus et Derslai wulneribus perpetuum habere compromitentes silencium. Si autem ex predictis, quiscumque eorum sit, Derslaus aut aliquis ex familiaribus ipsius Abrahe dictas lites reiterare aut pro wulneribus cittare vellet, extunc ipse Abraham fideiussit presentibusque fideiubet predictos dominos prothoconsulem, consules et cives intercedere. Si autem non intercederet et ob hoc ipsi domini prothoconsul, consules et cives dampnum aliquod paterentur, extunc illud non ipsorum, sed ipsius Abrahe fieri debet. Que autem res sunt recepte dictis civibus et de hys Abraham sciret, illas restituere tenebitur. Que autem non restituerentur, tum illis ius administrare, qui fuerint inculpati, ipse Abraham est obligatus. Dum autem hec efficere nollet et pro hys omnibus premissis in ius terrestre Leopoliense cittaretur, extunc in primo termino parere et totam suam causam perdere debet, succumbendo per tres marcas iudicio et parti, non evadendo ipsos dominos prothoconsulem, consules et cives ullo iure nec literis, aut inhibicionibus Regalibus, nec colloquio, aut prescripcione, nec aliqua re excogitata, sibi in facto subsidiaria, sed quibuscunque modis excogitatis evadere vellet, hys omnibus in primo termino parere et totam suam causam perdere debet et iam in eodem primo termino ipsi domini prothoconsul, consules et cives ipsum Abraham in toto suo lucro iuxta ipsorum cittacionem penis et dampno condempnare potentes erunt, tanquam in termino peremptorio. Super que omnia per ipsos dominos prothoconsulem, consules et cives memoriale est positum, per nos vero receptum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli die Sabbato proximo post festum Circumcisionis Domini anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Tarlone Incisore Regni Polonie et Capitaneo Striensi, Georgio Strumilo Succamerario Leopoliensi, Michaele de Buczacz Cameneczensi, Iacobo de Konyeczpole Premisliensi Capitaneis, Nicolao Wyssoczky, Iohanne Nyesluchowsky et aliis quam pluribus testibus circa premissa fide dignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 203. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie pieczęci na zwyczajnym wosku wyciśnięte, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

LVI.

We Lwowie 12. Stycznia 1464 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy orzekają na mocy wyroku komisarzów królewskich, że Abrahamowi Chochłowskiemu nie wolno w Podborcach pobierać żadnego cla i oznaczają zarazem myto, które mu wolno pobierać na grobli w Kamienopolu.

Nos Petrus de Branicze *(sic)* iudex et Iohannes de Wyssokye subiudex terre Leopoliensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, quomodo presidentibus magnificis dominis Iohanne de Thanczyn castellano Cracouiensi, Derslao de Rythwyany palatino et Iohanne de Rythwyany Regni Polonie marschalco et capitaneo Sandomiriensibus, generalibus Regie maiestatis commissariis iudicibus in terras Russie missis, una nobiscum pro tribunali Regie maiestatis pro tunc sedentibus: tandem famosi consules Leopolienses una cum comunitate tanquam actores nobilem Abraham Chochlowsky tenutarium in Camenopole et in Podborcze [1]) ad presenciam ipsorum dominorum et nostram evocaverunt et citaverunt ac citare procuraverunt pro theoloneis, que in Camenopole et in Podborcze iniuste recipiebat, super ipsa nullum ius habens. Ex quorum dominorum prefatorum inventione et decreto, visis et auditis querimoniis et responsionibus, et literis eiusdem Abrahe perlectis et bene ruminatis, et testibus pluribus examinatis, eciam et de consensu ambarum parcium decrevimus et sentenciavimus, presentibusque decernimus et sentenciamus nostra sentencia diffinitiva mediante: quod in villa et hereditate Podborcze nullum deinceps exigi debet theoloneum perpetue, et ab aggere ad Camenopole spectante solum per duos denarios a quolibet curru institorum et mercatorum mercibus imposito seu onerato et a quolibet curru salis salisductorum alias Prassolow per quinquaginta tolpas tantum et non plus recipi debet, a curru vero vacuo nichil recipi debet, et similiter a pecoribus et pecudibus per aggerem pulsis aut pellendis vel quomodolibet pertranseuntibus nil etiam recipi debet, neque a kmethonibus quibuscunque in Leopolim, aut alibi per eundem aggerem ad fora aut viceversa de foris civitatum aut opidorum transeuntibus nil eciam recipi debet, et sint omnino ab ipso theoloneo exemti et liberati ab omnibus, quecumque duxerint aut portaverint. Quod theoloneum sic,

---

1) Kamienopol i Podborce wsie w pobliżu Lwowa.

ut est premissum et descriptum, et non aliter, exigi debet perpetue et in evum nostra sentencia diffinitiva mediante. Racione cuius theolonei idem agger reformari debet per theoloneum exigentem. Harum quibus sigilla nostra presentibus sunt appensa testimonio literarum. Actum et datum in Leopoli feria quinta infra Octavas Epiphanie domini anno eiusdem domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, presentibus ibidem magnifico ac generosis et nobilibus dominis Andrea Odrowansch de Sprowa Palatino et Capitaneo Terrarum Russie Generali, Georgio Strumilo de Dimossin Succamerario, Nicolao de Romanow Subpincerna Leopoliensibus, Egidio de Sudol, Iacobo de Conyeczpole, Iacobo et et Petro de Buczacz et aliis quam pluribus fidedignis testibus circa premissa.

Oryginał pergaminowy bardzo pięknie pisany w archiwum miasta Lwowa nr. 204. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, z tych po pierwszej, sędziego, pozostał tylko pasek, druga podsędka na zwyczajnym wosku wyciśnięta przedstawia odcisk herbu Odrowąż.

LVII.

We Lwowie 15. Lutego 1464 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, że stanął układ o spadek po Annie, żonie Marcina Burzy, pomiędzy Stanisławem, Mikołajem i Katarzyną dziećmi jej z pierwszego małżeństwa a owdowiałym po niej Marcinem Burzą.

Nos consules civitatis Leopoliensis significamus per presentes, quibus expedit universis, presentium noticiam habituris, quomodo certi confratres nostri consulares, a nobis plenam commissionem habentes post obitum domine Anne olim coniugis Martini Burza, civis nostri Leopoliensis, inter Stanislaum, Nicolaum et Catherinam, Petri Lindner civis nostri tunc presentis uxorem, olim domini Nicolai Iuvenis Sculteti, prefate domine Anne primi viri, pueros cum ea susceptos et procreatos, occasione bonorum patrimonialium dictorum puerorum, que prefata domina Anna mater eorum tenuit, et similiter racione bonorum matrimonialium per obitum eiusdem domine Anne ad eosdem pueros devolutorum, ab una, et inter prefatum Martinum Burza racione partis sive sortis similiter per mortem eiusdem domine Anne uxoris sue vigore laudi et arbitrii huius civitatis de bonis eorum coadunatis et permixtis, ad eum devolute, partibus ab altera, talem perpetuo duraturam fecerunt concordiam et finalem compositionem: ita quod prefati pueri habere debent domum acialem in circulo ex opposito domui Fogel de Mosczisk circa plateam Corporis Christi sitam et medietatem domus domine Hedwigis, olim Nicolai Antiqui Sculteti relicte, inter domine

Agnethis, olim domini Zindrich relicte, ab una et domini Miklasch ab altera partibus domos, in circulo situate, unam institam pannicidii ac allodium prefati Iuvenis Sculteti patris eorum in suburbio porte Cracouiensis penes allodium, Holowsko nuncupatum, situm, cum elocatione kmethonum, piscinis, molendino ac universis appendiis et pertinentiis, similiter allodium propinquius ibidem penes molendinum dominorum canonicorum Leopoliensium situm, ac eciam duas partes censuum in cerdonibus ante portam Halicensem sedentibus, quorum censuum tertiam partem prefata domina Hedwigis ex hereditaria successione pro se tenet et possidet. Ex aduerso vero Martinus Burza pro sua hereditaria successione habere debet domum ligneam inter prefatam Iuvenis Sculteti domum acialem et Gregorii de Cracouia domum et aliam domum in acie platee Corporis Christi penes domum Petri Institoris de Grodek, situatas, ac ortum ante portam Cracouiensem penes ortum Sanoczski ab una et plateam penes ecclesiam Ruthenicalem partibus ab altera situm, civitati mediam sexagenam censuantem, et unam institam pannicidii, de rebus vero mobilibus, quocunque nomine censeantur, ambe partes, videlicet tam pueri predicti, quam ipse Martinus Burza, reddite sunt contente de eisdemque rebus mobilibus sufficientem habuerunt expeditionem. Cuius rei in clariorem evidentiam sigillum nostri consularis officii presentibus iussimus subappendi. Datum feria quarta Cinerum in crastino Sancti Valentini Episcopi et Martiris gloriosi anno domini millesimo CCCC^{mo} sexagesimo quarto [1]).

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 205. Na pasku pergaminowym zawieszona na ciemnozielonym wosku wyciśnięta, znacznie uszkodzona pieczęć rajców lwowskich, już po kilkakrotnie opisywana.

LVIII.

W Przemyślu 2. Maja 1464 r.

Mikołaj z Koniecpola, podkomorzy i starosta przemyski, zatwierdza wójtostwo czyli kniaźstwo Eliasza Wołocha we wsi Makowa.

Nicolaus de Conyeczpole, succamerarius et capitaneus Premisliensis, significamus tenore presencium universis, quibus expedit, tam presentibus quam futuris, harum noticiam habituris, quomodo olim magnificus Predborius de Conyeczpole, castellanus Sandomiriensis et capitaneus Premisliensis, dive reminiscencie, dum vixit in humanis, pater noster carissimus, attenta et considerata industria famosi Elie Valachi, que ipsum ex eius fidelitate et valencia pro incolacione ville regalis dicte Macowa [2]) et pro tuicione granicierum eiusdem

1) Porównaj powyżej dokument nr. 51. 2) Makowa wieś w powiecie bireckim.

comendavit, ipsum Eliam super sculteciam alias knyasztwo antefate ville vocavit, eamque sibi exemere et possidere admisit, prout in actis castrensibus exempcio ipsa est inserta, ductus eo, quia incole et villani ville eiusdem Macowa directore seu knyasza valenti pro tuicione eorum et incolatu more Valachico caruerunt; sed demum, dum idem Elias knyasz de villa eadem Macowa recedere *(nit)*ebatur, nos attendentes ville predicte per suum recessum detrimentum iminere et causari, ipsum in eadem scultecia continuimus et presentibus continemus, possessionem dicte scultecie per ipsum emptam et per patrem nostrum bone recordie admissam sibi Elie et suis heredibus et legittimis successoribus annuendo, admittendo et consenciendo vigore nostri capitaneatus cum omnibus dicte scultecie iuribus, honoribus, proventibus, quibuscunque nominibus vocitentur, prout eandem sculteciam ipsius predecessores et alii knyaszowye ex antiquo tenuerunt. Pro eo acclinati in eum eciam, quia kmethones et incole ac tota comunitas ville Macowa, coram nobis constituti, sponte et libere recognoverunt sub eorum conscienciis profitendo, eandem sculteciam in Macowa eiusdem Elie de awis et preavis fuisse et esse et ad eum iure propinquitatis devolutam. Actum et datum in Premisl feria quarta proxima post festum sanctorum Philippi et Iacobi Apostolorum anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, sigillo nostro presentibus subappenso in fidem et testimonium omnium premissorum.

Oryginał pergaminowy dobrze zachowany w archiwum miejskiem w Przemyślu. Na pasku pergaminowym woskowa pieczęć, z herbem Koniecpolskich „Pobóg" wyciśniętym na zielonym wosku.

LIX.

We Lwowie 18. Maja 1464 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, pod jakimi warunkami zobowiązał się Jan z Zubrzy wypłacić 50 grzywien Piotrowi i Michałowi Kongisarom, mieszczanom lwowskim, którato suma należy im się jako dopłata za kupione przez ojca Jana Zubrskiego sołtystwo w Zubrzy.

Nos Petrus de Brancze iudex et Iohannes de Wysokye subiudex terrestres Leopolienses generales recognoscimus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo veniens personaliter ad nostram nostrorumque assessorum nobiscum protunc iudicio terrestri residencium presenciam nobilis Iohannes, heres de Zubrza, non compulsus, nec coactus, nec aliquo errore

devio seductus menteque, corpore existens sanus, coram nobis libere recognovit, se teneri certi ac veri debiti quinquaginta marcas peccunie communis monete et numeri Polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, circumspectis Petro et Michaeli, fratribus germanis dictis Congissarowye, civibus Leopoliensibus, quibus quinquaginta marcis ipse Iohannes solvere debet sculteciam in Zubrza, alias doplaczicz ma Scholtisthwa, quam sculteciam prefati Iohannis pater bone memorie, videlicet nobilis Iohannes Zubrsky, apud prefatos fratres perpetue emit, de quibus quidem quinquaginta marcis vigintiquinque marcas post festum sancti Petri Apostoli nunc instans in duabus septimanis immediate sequentibus ipse Iohannes fatis fratribus solvere est obligatus, alias vero vigintiquinque marcas a predicto festo sancti Petri expresso ad aliud festum sancti Petri, hoc est per annum, predictis fratribus idem Iohannes Zubrsky reponere et cum effectu complere se submisit. Si autem pro primo vigintiquinque marcas et pro secundo terminis alias vigintiquinque marcas non solveret, extunc in crastino primi termini nonsolucionis in primis vigintiquinque marcis in quinque laneos possessionatos in Zubrza, ubi essent quinque marce census annui, et iterum in crastino secundi termini nonsolucionis simili modo in aliis vigintiquinque marcis in alios quinque laneos possessionatos ibidem in Zubrza, ubi etiam essent quinque marce census annui, cum omni iure, dominio et proprietate, nichil iuris, dominii et proprietatis pro se suisque successoribus in eisdem laneis penitus reservando, intromissionem totalem et realem dare est obligatus. Et iam ad dandam intromissionem post primum et secundum terminum nonsolucionis predictis fratribus dominos iudicem et subiudicem terrestres Leopolienses effecit potentes, addere ministerialem, quem ipsi fratres duxerint eis eligendum. Quos quidem quinque laneos dicti fratres quinque in vigintiquinque marcis et alios quinque in aliis vigintiquinque marcis tenebunt et habebunt utifruenturque a die intromissionis usque ad annum, et sic ab anno ad annum tam diu, quousque dicte vigintiquinque marce pro primo termino et alie vigintiquinque marce pro alio termino per ipsum Iohannem Zubrsky aut successores suos plenarie fuerint persolute fratribus predictis. Possidebuntque predictos laneos cum omni iure, dominio et proprietate, utilitatibus, censibus, proventibus, redditibus . . . . . [1]) agris, pratis, campis, silvis, mericis, gaiis, pascuis, penis ac obvencionibus generaliter universis, quibuscunque no*(minibus)* vocitentur . . . . [2]) me dictorum laneorum ipse Iohannes Zubrsky fatos Petrum et Michaelem ab omni persona se*(xus utri)*usque pro*(tegere et defendere est)* obligatus p*(resencium)* sub vigore et a bello intercedere. Si autem non protegeret aut bellum non intercederet aut intromissionem per quempiam repercuteret, extunc totidem vadii succumbet, vadium in pecunias capitales convertendo. Si autem non

1) Jeden wyraz wydarty. 2) Trzy do czterech wyrazów wydarto.

solveret et ob hoc se cittare admitteret, sit in ius terrestre aut castrense Leopoliense, extunc in primo termino parere et totam suam cau*(sam am)*mittere debet, succumbendo tres marcas iudicio et parti tres, non evadendo ipsos fratres pro his ullo iure nec literis Regali*(bus bel)*lo, exped*(icione)*, legacione, prescripcione, colloquio generali, vera aut simplici infirmitate, novis aut veteribus constitucionibus seu laudis *(vel)* reclamationibus *(au)*t repositionibus minorum causa belli, nec se excipiendo ad dictrictus alios pro maiori, nec aliqua re excogitata ipsi Iohanni in facto subsidiaria, sed quibuscumque modis exquisitis et excogitatis evadere vellet, his omnibus in primo termino causam suam ammittere debet. Et iam in eodem primo termino prefati Petrus et Michael sepefatum Iohannem Zubrsky in toto suo lucro, penis et vadio condemnare potentes erunt, tanquam in termino peremptorio. Hoc etiam expresso et adiuncto, quod prefati fratres predictos lancos, cui voluerint, in summa predicta obligare potentes erunt, ad que ipse Iohannes Zubrsky consensit. Super que omnia per antefatos Petrum et Iohannem memoriale est positum, per nos vero receptum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli feria sexta ante festa Pentecostes proxima anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Iohanne Cola Succamerario Haliciensi, Nicolao Romanowski Subpincerna, Iohanne de Sokolnyky Vicecapitaneo Leopoliensibus, Nicolao Clusz de Wisznyani, Petro Zymnowodsky, Nicolao Wiprotek et aliis fide dignis testibus ad premissa.

Oryginał pergaminowy w ośmiu miejscach uszkodzony w archiwum miasta Lwowa nr. 206. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na naturalnym wosku wyciśnięte pieczęci, z których pierwsza sędziego przedstawia odcisk herbu Holobok, druga podsędka odcisk herbu Odrowąż.

LX.

We Lwowie 26. Sierpnia 1464 r.

Kazimierz Jagiellończyk poleca Pawłowi Jurkowskiemu z Czartoryi, aby się na najbliższych rokach ziemskiego sądu lwowskiego stawił w sprawie wytoczonej mu przez Jerzego wikaryusza i zachodźcę dóbr Franciszkanów lwowskich.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres tibi nobili Paulo Iurkowsky de Czarthorie mandamus, quatinus in terminis particularibus Leopoli proxime celebrandis coram iudicio nostro terresti compareas ad

instanciam venerabilis ac religiosi fratris Georgii, vicarii et tutoris[1]) ordinis fratrum minorum sancti Francisci sancte Crucis in Leopoli bonorum conventus eiusdem, pro eo, quia frater tuus pie memorie, videlicet nobilis Andreas Malechowsky, adhuc in humanis existens, dedit et legavit incorporavitque centum marcas pecunie communis monete et numeri Polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, pro ecclesia sancte Crucis claustri inferioris, videlicet sancti Francisci, quas centum marcas tu personaliter coram iudicio te obligando es inscriptus dare et solvere ad tempora elapsa et non solvisti. Qua quidem nonsolucione ipsum dominum Georgium tanquam tutorem conventus prefati in totidem dampnificasti. Ideo te citat pro eisdem centum marcis ad inscriptionem tuam obligatoriam et pro dampno, prout ius decreverit, iudicialiter responsurus. Datum Leopoli feria quinta in vigilia sancti Bartholomei anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Tę cytacyą królewską wciągnęli sędziowie lwowscy do swego wyroku z 24. Maja 1465 r. Zobacz poniżej nr. LXVI.

LXI.

We Lwowie 27. Września 1464 r.

Kazimierz Jagiellończyk rozkazuje Abrahamowi Chochlowskiemu z Kamienopola, aby się na najbliższych rokach sądu ziemskiego lwowskiego stawił w sprawie wytoczonej mu przez burmistrza i rajców lwowskich.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres tibi nobili Abrahe Chochlowsky de Camyonopole mandamus, quatinus in terminis particularibus, Leopoli proxime celebrandis, coram iudicio terrestri compareas ad instanciam famosorum prothoconsulis et consulum Leopoliensium pro eo, quod tu fideiussisti et es obligatus littera iudiciali ipsos prothoconsulem et consules civesque a genero tuo videlicet nobili Derslao et a familia ipsius et tua pro vulneribus intercedere, si quiscunque eorum, sit Derslaus aut aliquis ex familiaribus tuis aut Derslai, lites reiterando, pro vulneribus cittare vellent, et ipse Derslaus ex nomine suo et nobilis Stanislaus servitor suus pro vulneribus et lites reiterando pro pecunia ipsius Derslai prefato Stanislao, ut asserit, ablata prefatos prothoconsulem et consules ad ius castri Leopoliensis cittaverunt et ipsos in nonparicionem primi et secundi terminorum condempnaverunt, et tu eos iuxta tuam

1) Zachodźca. Zobacz Zygmunt Celichowski, słowniczek łacińsko-polski. Poznań 1875.

obligacionem non intercessisti nec intercedere vis. Ideo te cittant ad librum et ad inscriptionem tuam obligatoriam, ut prefatos prothoconsulem et consules pro premissis a predicto Derslao et familiari ipsius intercederes, videlicet pro viginti octo florenis et quindecim marcis mediancium et duobus vulneribus facialibus et quinque lividis, pro quibus omnibus ipse Derslaus predictos prothoconsulem et consules cittavit, et etiam pro tribus vulneribus cruentis et sex lividis, pro quibus prefatus Stanislaus ipsos similiter cittavit, ad obiecta iudicialiter responsurus. Datum Leopoli feria quinta proxima ante festum sancti Michaelis Archangeli anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Tę królewską cytacyą wciągnęli do wyroku swego z dnia 25. Stycznia 1465 r. sędziowie lwowscy. Zobacz poniżej nr. LXIV.

LXII.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 26. Października 1464 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza wyrok sądu ziemskiego lwowskiego i komisarzów królewskich wydany 12. Stycznia tegoż roku w sprawie spornej pomiędzy miastem Lwowem a Abrahamem Chochlewskim.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, necnon Cracouie Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauie, magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie necnon Culmensis, Elbingensis, Koniszberigensis et Pomeranie terrarum dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo ad maiestatis nostre aliorumque consiliariorum Regni nostri, lateri nostro in convencione Pyotrkouiensi assidencium, venientes presenciam famosi consules et nomine tocius communitatis civitatis nostre Leopoliensis nobis humiliter supplicaverunt, quatenus literam rei iudicate et diffinitive sentencie, sigillis iudicis et subiudicis terre Leopoliensis generalibus subappensis sigillatam, inter prefatos consules unacum communitate civitatis Leopoliensis actores et nobilem Abraham Chochlewski, tenutarium in Camyennepolye et Podborcze[1]) partem ream per magnificos Iohannem de Thanczin castellanum Cracouiensem, Derslaum de Rithwyani palatinum et Iohannem de ibidem Regni Polonie marsalcum et capitaneum Sandomirienses, commissarios iudices in terras Russie per nos missos, sincere nobis dilectos, et generosos Petrum de Branycze iudicem et Iohannem de Wyszokye subiudicem terre Leopoliensis generales,

1) Kamienopol i Podborce wsie w pobliżu Lwowa.

ad id eciam deputatos, facte et decrete, confirmare et ratificare dignaremur. Cuius quidem litere sentencie diffinitive de verbo ad verbum tenor sequitur in hunc modum:

Tutaj następuje wyrok z dnia 12. stycznia 1464, oddrukowany powyżej pod nrem LVI. Potem brzmi potwierdzenie króla Kazimierza dalej:

Nos vero ipsorum consulum et tocius communitatis civitatis Leopoliensis peticionibus iustis annuentes, literam sentencie diffinitive ac ipsam sentenciam per supradictos commissarios iudices nostros, predictis partibus factam, decretam atque latam, decrevimus, confirmavimus, ratificavimus, presentibusque confirmamus, approbamus, ratificamus, decernentes ipsam robur obtinere perpetue firmitatis in omnibus ipsius punctis, articulis, clausulis et condicionibus opportunis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Actum (*in*) Pyotrkow in convencione generali feria sexta proxima ante Simonis et Iude Apostolorum anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, presentibus ibidem reverendis patribus dominis Iohanne Cracouiensi, Regni Polonie Cancellario, Iohanne Wladislauiensi, Regni Polonie Vicecancellario, Andrea Poznaniensi Episcopis, necnon magnificis Iohanne de Thanczin Castellano Cracouiensi, Iohanne de Pylcza Cracouiensi, Luca de Gorka Poznaniensi, Stanislao de Ostrorog Calischiensi, Nicolao Brzestensi, Iohanne Iuniwladislauiensi Palatinis et aliis pluribus fidedignis testibus circa premissa. Datum per manus reverendi patris domini Iohannis Episcopi Cracouiensis, Regni Polonie Cancellarii, sincere nobis dilecti,

Ad relacionem eiusdem reverendi patris domini Iohannis Episcopi Cracouiensis, Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 207. Na sznurze z jedwabiu kręconego kolorów: białego, czerwonego i niebieskiego zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta, bardzo dobrze zachowana większa pieczęć królewska, zob. Działyński „Statut litewski“ tab. VII. nr. 1.

LXIII.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 17. Listopada 1464 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza nadanie Kazimierza Wielkiego dotyczące Bybła.

In nomine domini amen. Quoniam omni mundi acta avida subito deteget oblivio, nisi ea literarum soliditas ac testium annotatio memorie comendarent eviternae, proinde nos Kazimirus Dei gratia Rex Poloniae necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniae necnon magnus dux Lithwaniae, Culmensis, Elbingensis, Königsbergensis, Russiae Prussiaeque dominus et heres ad perpetuam rei memoriam significamus tenore praesentium, quibus expedit universis, praesentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo ad nostram nostrorumque consiliariorum nobis tunc assistentium praesentiam generosi Iaczko, dapifer Premisliensis, et Hrenko, germanus suus, heredes de Bybel, venientes cum ea, qua decuit, instanti humilitate supplicarunt, quatenus literam eorundem, bona hereditaria et paterna spectantem, Rutenicalem, dudum ipsis per nostros praedecessores et signanter per serenissimum principem Cazimirum, olim regem, datam, approbare et concedere, de linguagio seu stylo Rutenico in linguam seu styllum Latinum transferre et translatam approbare, innovare et confirmare dignaremur gratiose. Cuius quidem literae Rutenicalis in Latinum transsumptae tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Tu następuje przetłómaczony na łacinę dokument Kazimierza W. z r. 1361, w ruskim języku oddrukowany w tomie I. nr. V. Potem brzmi potwierdzenie dalej:

Nos [1]) vero huiusmodi petitionibus tanquam iustis et rationi consonis, praeinserta litera diligenter perspecta, perlecta, ruminata salvaque et integra, non viciata comperta de nostra innata Regia benignitate annuentes et favore, de specialique consensu praelatorum, dignitariorum, baronum, consiliariorum nostrorum nostro tunc lateri assistentium pariter et assensu dictam literam de Rutenicali linguagio et stillo in Latinum transsumptam et hic inscriptam taliter transferimus translatamque ac omnia in ea contenta et praescripta approbamus, ratificamus, innovamus, gratificamus et praesentis scripti patrocinio confirmamus, decernentes ea nihilominus robur obtinere perpetuae firmitatis. Harum quibus sigillum

1) Porównaj potwierdzenie Władysława Jagiełły z r. 1406 w tomie V. nr. XXVII.

nostrum est subappensum testimonio literarum. Actum in conventione Piotrkoviensi generali Sabbato proximo ante festum Sanctae Helisabet anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, praesentibus ibidem reverendis in Christo patribus dominis Ioanne Cracoviensi, Cancellario, Ioanne Wladislaviensi, Vicecancellario Regni Poloniae, Andrea Poznaniensi et Nicolao Cameneczensi Episcopis, necnon magnificis et generosis Ioanne de Tenczin Castellano Cracoviensi, Luca de Gorka Poznaniensi, Stanislao de Ostrorog Calisziensi, Derslao de Ritwiany Sandomiriensi, Sandivogio de Lanzenicze Siradiensi, Andrea Odrowasz de Sprowa Leopoliensi Pallatinis, Petro Skora de Gay Calisziensi, Dobeslao de Zyrawicza Premisliensi Castellanis, Ioanne de Ritwiany Marsalco, Iacobo de Dambno Thesaurario Regni Poloniae et Capitaneo Cracoviensi et aliis quam pluribus circa praemissa testibus fide dignis. Datum per manus reverendi in Christo patris domini Ioannis Episcopi Cracoviensis, Regni nostri Polonici Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Relatio reverendi in Christo patris domini Ioannis Episcopi Cracoviensis, Regni nostri Cancellarii.

Ex actis castrensibus Premisliensibus Relationum 303, pag. 122 sqq. Dokument ten potwierdził jeszcze raz król Zygmunt I. na sejmie w Piotrkowie 5. Stycznia 1530 r. Potwierdzenie to znajduje się także w aktach grodzkich przemyskich w tym samym tomie na dalszych stronach.

LXIV.

We Lwowie 25. Stycznia 1465 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy rozstrzygają sprawę o zaniechaną intercessyą pomiędzy burmistrzem i radą miasta Lwowa a Abrahamem Chochłowskim z Kamienopola na niekorzyść ostatniego.

Nos Petrus de Brancze iudex et Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales recognoscimus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo veniens personaliter ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum protunc iudicio terrestri residencium, presenciam nobilis Petrus notarius cum procuratorio sufficienti parte famosorum dominorum preconsulis et consulum Leopoliensium actorum ex una attemptavit terminum primum super nobilem Abraham Chochlyowski de Camyonopole ex altera partibus, iuxta

citacionem et inscripcionem ipsius Abrahe. Quiquidem Abraham prima, secunda, tercia quartaque vicibus per ministerialem Leopoliensem videlicet Nicolaum ad ius est proclamatus. Ille vero nec per se, nec per suum procuratorem paruit, nec in termino quidquam fecit. Stansque prefatus Petrus tanquam procurator parte antefatorum dominorum preconsulis et consulum, super ipsum Abraham eundem primum terminum astitit et ipsum in eodem termino in valore alias wghysczysznye iuxta contenta cittacionis et inscripcionis iudicialiter condempnavit. Cuius cittacionis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Tutaj następuje cytacya króla Kazimierza z 27. Września 1464 r. oddrukowana powyżej nr. LXI. Potem brzmi wyrok ten dalej:

Nos itaque ipsorum dominorum preconsulis et consulum cittacionem et ipsius Abrahe inscripcionem, per ipsos dominos coram nobis positas, perpendentes et bene masticantes, eandem condempnacionem iure admisimus et lucrum iuxta contenta cittacionis et inscripcionis videlicet viginti octo florenorum et quindecim marcarum mediantium in toto paratis et parate, et triginta marcarum racione duorum wulnerum facialium et viginti quinque marcarum racione quinque wulnerum lividorum ex parte Derslai, uti in citatione superius scripta est expressum, dominos proconsulem et consules cittatorum, et etiam triginta marcarum racione trium wulnerum cruentorum, et triginta marcarum racione sex wulnerum lividorum, per antefatum Stanislaum, ut in eadem cittacione continetur, dominos proconsulem et consules ad ius castrense Leopoliense evocatorum, adiudicavimus vigoreque presencium adiudicamus, nostra sentencia diffinitiva mediante, cum pena trium marcarum iudicio et parti, et hoc racione nontuicionis, prout idem Abraham inscripcione sua obligatoria prefatos dominos proconsulem et consules tueri ac intercedere ad instanciam prefatorum Derslai et Stanislai familiaris ipsius Derslai est obligatus, sicuti in eadem inscripcione lacius continetur. Super quam adiudicacionem ipse Petrus tanquam procurator fatorum dominorum proconsulis et consulum memoriale posuit, quod nos recepimus, et ministerialem Nicolaum ad concittandum ipsum Abraham pro lucris et penis ipsis dominis proconsuli et consulibus addidimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in terminis particularibus feria sexta ipso die Conversionis beati Pauli Leopoli celebratis anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Nicolao Romanowsky Subpincerna Leopoliensi, Iohanne Cola Succamerario Haliciensi, Iohanne Kulikowsky, Paulo Burzynsky, Paulo Iurkowsky, Gvnczerz et Nicolao de Syenyawa et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad premissa.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 210. Na paskach pergaminowych znajdują się zawieszone dwie na naturalnym wosku wyciśnięte pieczęci, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

LXV.

We Lwowie 25. Stycznia 1465 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy skazują Jana z Zubrzy na zapłacenie Janowi i Piotrowi Gołąbkom z Zimnejwody sto dziesięciu grzywien wraz z karą trzech grzywien a zarazem przytaczają dosłownie w wyroku tym cytacyą królewską z dnia 17. Stycznia tegoż roku.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo veniens personaliter ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum protunc iudicio terrestri residencium, presenciam nobilis Petrus notarius cum procuratorio sufficienti parte nobilium Iohannis et Petri Golambkow, de Zymnawoda heredum, actorum ex una, attemptavit terminum primum iuxta citationem et inscripcionem super nobilem Iohannem, heredem de Zubrza, et hoc pro centum et decem marcis, pro quibus ipse Iohannes de Zubrza manu coniuncta et indivisa cum generoso olim Stiborio de Visznya, iudice terrestri Leopoliensi, pro magnifico Andrea Odrowąnsch de Sprowa, olim palatino et capitaneo terrarum Russie generali, in manus prefatorum Iohannis et Petri fideiussit. Qui quidem Iohannes Zubrzsky prima, secunda, tercia quartaque vicibus per ministerialem Leopoliensem videlicet Nicolaum ad ius est proclamatus. Ille vero nec per se, nec per suum procuratorem paruit nec in termino quidquam fecit. Stansque prefatus Petrus tanquam procurator prefatorum actorum super ipsum Iohannem Zubrzsky eundem terminum primum astitit, et ipsum in eodem termino iuxta contenta cittacionis et inscripcionis iudicialiter condempnavit. Cuius cittacionis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Kazimirus [1]) Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres tibi nobili Iohanni, heredi de Zubrza, mandamus, quatinus in terminis proximis terrestribus Leopoliensibus ad instanciam nobilium Iohannis et Petri, heredum de Zymnawoda, compareas, pro eo *(quia)* concittant te ad acta terrestria Leopoliensia et ad

1) Cytacyi tej nie drukuję, jak to czynić zwyklem, osobno, dlatego że między nią a wyrokiem minęło tylko kilka dni.

inscripcionem predictorum actorum, secundum quam inscripcionem ipsis Iohanni et Petro de Zymnawoda cum olim Stiborio de Visznya, iudice Leopoliensi, fideiussisti manu coniuncta et indivisa pro magnifico olim Andrea Odrowansch de Sprowa, palatino Leopoliensi, solvere centum cum decem marcis ad tempus iam elapsum vel saltim ipsis in villam Wroczow [1]) intromissionem admittere in eadem summa descripta iuxta tuam inscripcionem debuisti, pro quo fideiussisti, ita quod neque pecunia centum cum decem marcis est ipsis exoluta ad tempus lapsum neque intromissio in villam Wroczow admissa est nec data. Ideo te concittant ad eandem inscripcionem tuam pro centum cum decem marcis et totidem dampni, iudicialiter responsurus. Data Leopoli feria quinta ante festum sancte Prisce (*17. Stycznia*) anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto.

Nos itaque ipsorum Iohannis et Petri cittacionem et inscripcionem per antefatum Petrum procuratorem ipsorum Iohannis et Petri coram nobis positas bene intelligentes, eandem condempnacionem iure admisimus et lucrum iuxta contenta citacionis et inscripcionis, videlicet centum decem marcarum numeri Polonicalis cum pena trium marcarum ipsis Iohanni et Petro adiudicavimus. Super quam adiudicacionem ipse Petrus tanquam procurator fatorum Iohannis et Petri memoriale posuit, quod nos recepimus, et ministerialem ad concittandum ipsum Iohannem Zubrzsky in prelucris et penis ipsis Iohanni et Petro addidimus. Super dampna autem ipsi Iohannes et Petrus ex decreto nostro iurabunt, ipso tamen Iohanne Zubrzsky prius concittato ad videndum et ad audiendum iuramentum super dampna eadem ob nonsolucionem dictarum centum et decem marcarum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in terminis particularibus feria sexta ipso die Conversionis Sancti Pauli Leopoli celebratis anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Nicolao Romanowsky Subpincerna Leopoliensi, Iohanne Cola Succamerario Haliciensi, Iohanne Kulykowsky, Paulo Burzynsky, Paulo Iurkowsky, Gvnczerz et Nicolao de Syenyawa et aliis quam pluribus testibus fidedignis circa premissa.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 209. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, z których pierwsza sędziego przedstawia odcisk herbu Holobok, druga podsędka odcisk herbu Odrowąż.

---

1) Wroców wieś w powiecie gródeckim.

LXVI.

We Lwowie 24. Maja 1465 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że w wyznaczonym zawitym roku stawił się Paweł Jurkowski z Czartoryi a nie stawił się powód Jerzy wikaryusz i zachodźca dóbr klasztoru Franciszkanów we Lwowie i skutkiem tego sąd przyznał słuszność Jurkowskiemu.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo veniens personaliter ad nostram et aliorum dominorum, nobiscum protunc iudicio terrestri residencium, presenciam generosus Paulus Iurkowsky, existens pars adversa, in termino peremptorio coram iudicio stetit, volens respondere ad obiecta, pro quibus citatus fuit per venerabilem ac religiosum fratrem Georgium, vicarium et tutorem ordinis fratrum minorum sancti Francisci sancte Crucis in Leopoli bonorum conventus eiusdem, iuxta citacionem, que sequitur, hoc est pro centum marcis racione testamenti olim per nobilem Andream Malechowsky legati, ut lucidius patebit ex citacione. Prefatus vero dominus Georgius, actor existens, nec per se nec per ipsum procuratorem paruit nec in termino eodem peremptorio quidquam fecit. Stansque idem Paulus Iurkowsky, super ipsum dominum Georgium eundem terminum peremptorium astitit et ipsum in eodem termino iuxta citacionem in evasione condempnavit alias zdal. Cuius citacionis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Tutaj następuje cytacya króla Kazimierza z 26. Sierpnia 1464 r. oddrukowana powyżej pod nr. LX. Potem brzmi wyrok ten dalej:

Super que omnia prefatus Paulus Iurkowsky memoriale posuit, quod nos recepimus, et predictam condempnacionem de iure admisimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in terminis particularibus feria sexta in crastino Ascensionis Domini Leopoli celebratis anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, presentibus ibidem strenuo, generosis et nobilibus dominis Andrea de Senno, Petro Czebrowsky, Nicolao Clusz de Visznyany, Gvnczerzs de Syenyawa, Paulo Clusz de Croszno,

Paulo Burzynsky, Iohanne Nyeszwoyowsky, Raphaele Streptowsky et aliis quam pluribus testibus fide dignis circa premissa.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 211. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

LXVII.

W Grodnie 2. Stycznia 1466 r.

Kazimierz Jagiellończyk daje mieszczanom kaffejskim glejt bezpieczeństwa celem wolnego kupczenia po całej Polsce.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres universis et singulis palatinis, castellanis, capitaneis, burgrabiis, preconsulibus, consulibus, advocatis, theloneatoribus et eorum vices gerentibus, per et infra civitates, castra, opida et villas regni nostri ubilibet constitutis, et qui presentibus fuerint requisiti, sincere fidelibusque nostris dilectis, gratiam Regiam cum favore. Magnifici, generosi, nobiles et circumspecti, sincere fidelesque nostri dilecti. Quia habito respectu singulari ad benivolentiam et affectum, quos per famosos consulem, provisores et cives Caffenses erga nostram celsitudinem gerere, certis indiciis experti sumus, volentes ob id eos nostre munificencie favoribus et graciis prevenire, ipsis et dicte civitatis mercatoribus et incolis universis, grate nobis dilectis, nostrum Regium salvum conductum plenamque et omnimodam securitatem, libertatem quoque et indultum dedimus, concessimus damusque et concedimus per presentes, dominia regni nostri totiens, quotiens placuit, accedendi negociacionisque gratia adveniendi et in eisdem standi, morandi, negociandi negociacionesque suas exercendi, necnon per eadem dominia regni nostri cum rebus, mercibus, familiis obnoxiis, equis, curribus et aliis bonis quibuscunque pro libito transeundi versus Ianuam aut alibi eundi, theloneis tamen nostris Regalibus per omnia persolutis ultraque a quolibet capite hominis obnoxii, quem secum deduxerint, nobis per florenum dumptaxat dare et in civitate Leopoliensi in manus nostri theloneatoris reponere et consignare debeant et tenebuntur. Quocirca vobis omnibus prescriptis hoc notificantes, mandamus, quatinus prefatos consulem, provisores, mercatores et incolas Caffenses, ubique grate et honorifice exceptos, cum predictis eorum bonis, rebus, mercibus et familiis libere et secure ire, transire, morari, negociari et pausare permittatis et permitti faciatis, eisdem securo et salvo conductu ac hys, que celeritatem et securitatem eorum promovent itineris, providentes, pro gratia

nostra Regia secus non facturi. Datum in Grodno feria quinta post festum Circumcisionis Domini proxima anno eiusdem millesimo CCCC^{mo} sexagesimo sexto.

Relacio venerabilis Alberti de Zichlino Prepositi Calisiensis et Regni Polonie Vicecancellarii.

Acta Officii consularis Leopoliensis T. I., 1466, pag. 127 et 128, nr. 279.

LXVIII.

We Lwowie 29. Stycznia 1466 r.

Ławnicy miasta Lwowa poświadczają, że pomiędzy Jerzym Kursnerem, wójtem lwowskim, a żoną jego Barbarą stanął układ o wspólność majątku.

Wir . . Scheppen der Stat Lemborg Bekennen offinbarlichen mit dezem vnseren briffe, das vor vnserem gehegetem Dinge mit rechten orteln seczende eynen anderen Richter an seyner stat Der Erhaftige herre Iorge Korsner, vnser gesworner foit, personlichen steende hot vorreicht vnd offgegeben der Erber frawen Barbare, seyner elichen frawen, all sein gut beweglich vnd vnbeweglich, farende vnd vnfarende, das sy itczunt haben vnd hernochmols haben wurden noch seynem tode, Durch dy obgenante frawe barbara vor sich erblichen czu haben vnd czu besiczen, Ausslissende alle seyne neste angeborne frunde, Ausgenomen czehn schok, der sal her mechtig seyn bey seynem leben czu seyner selen zelikeit czu bescheiden noch seynem besten vordünken. Des gleichen hot die obgenante ffrawe barbara personlich vor vnserem gehegtem Dinge steende, nemende czu sich den Erbern Iorge göbeln, vnsern Stath schreiber, czu vormonden, Dem obgenanten Iorge Korsnern, erem elichen manne, all ir gut beweglich vnd vnbeweglich, farende vnd vnfarende, das sy itczunt mitenander haben vnd hernochmols haben werden, vorreicht vnd offgegeben, vor sich erblichen czu haben vnd czu beseczen, Ausslissende derselben frawen barbare alle neste angeborne frunde, Ausnemende zechs schok, dy czu erer selen zelikeit anczuwenden, wo sy wil. Der sachen czu hocher Konthschaft habe wir vnsers Scheppenamptis Ingesegil an desen briff lossin hengen. Gegebin an der metwochen noch der bekerunge Sinte pauli des czwelff boten der Iarczal vnsers liben hern Tausent CCCC vnd LXVI Iar.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 212. Na pasku pergaminowym zawieszona na ciemno-zielonym wosku wyciśnięta, po kilkakrotnie już opisywana, pieczęć ławników lwowskich.

LXIX.

W Kozienicach 13. Marca 1466 r.

Kazimierz Jagiellończyk nakazuje urzędnikom koronnym, aby przez lat ośm nie ściągali żadnych opłat od mieszczan chęcińskich.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. generosis, nobilibus et famosis Iacobo de Conyeczpole Premisliensi, Alberto de Gora Wzchowiensi, Iaroslao de Rosdraszew Boleslauicensi capitaneis, Nicolao Kreidlar Cracouiensi et Aynolpho Thedaldi de Florenciis Leopoliensi theloneatoribus aliisque officialibus, theloneatoribus et exactoribus, per et infra dominia regni nostri ubilibet constitutis et qui presentibus fuerint requisiti, fidelibus nostris dilectis, gratiam Regiam cum favore. Generosi, nobiles et famosi, fideles nostri dilecti. Et quia attendentes et animo perpendentes dampna et incomoda, que providi opidani et incole nostri in Chanczini per ignis voraginem diebus superioribus sunt perpassi, ipsos a solucione theloneorum, contribucionum, exaccionum et daciarum quarumcunque nostrarum Regalium, quocunque nomine nuncupentur, ad spacium octo annorum se continue et immediate sequentium absolvimus, liberavimus, absolutos et liberos dimisimus iuxta tenorem literarum nostrarum, per nos eisdem desuper concessarum. Ideo vobis omnibus prescriptis et cuilibet vestrum iniungimus et mandamus, habere omnino volentes, quatenus prefatos incolas et opidanos nostros de Chanczini, circa libertacionem et absolucionem huiusmodi ipsis taliter per nos largitam et concessam, integre et illese conservetis et conservare faciatis, resque, merces atque bona, dum et quando ipsos opidanos et incolas aut eorum aliquem cum eisdem transire, mercari per dominia regni nostri contigerit, libere et pacifice sine quovis arresto, thelonei et cuiusvis solucionis et dacie persolucione, molestia et impedimento permittatis et permittere faciatis et neque ab eisdem exigere et extorquere presumatis aut debeatis dacias aut soluciones quascunque per eos dari debendas infra spacium prefatorum octo annorum. Et nichilominus res mercesque, que medio tempore eisdem opidanis per caucionem fideiussoriam sunt retente et habite, libere permittatis et permittere faciatis. Et aliter non facturi, prout gratia nostra vobis cara est. Datum in Cozynicze [1]) feria quinta ante Dominicam Letare proxima anno domini MCCCCLX sexto.

Relatio venerabilis Alberti de Zychlino Prepositi Calischiensis etc., R. P. Vicecancellarii.

Acta Officii consularis Leopoliensis T. I., 1466, pag. 126—7 nr. 278.

1) Kozienice i Chęciny w województwie sandomirskiem.

LXX.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 22. Marca 1466 r.

Kazimierz Jagiellończyk nakazuje Aynolphowi, żupnikowi drohobyckiemu i celnikowi grodeckiemu i lwowskiemu, jako i innym urzędnikom, aby nie ściągali ceł od mieszczan lelowskich, od opłaty ich uwolnionych.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. universis et singulis palatinis, castellanis et capitaneis, tenutariis, theloneatoribus, magistris civium, civitatum et opidorum consulibus et aliis officialibus et subditis nostris et signanter tibi Aynolpho suppario Drohobicensi et theloneario Grodecensi et Leopoliensi et aliis, qui presentibus fuerint requisiti, graciam Regiam cum favore. Fideles nostri dilecti. Et quia cives et incole civitatis nostre Lyelouiensis clara et sufficientia iura et libertates antecessorum nostrorum et confirmaciones nostras eorundem obtinent, quod per totum regnum nostrum thelonea et foralia solvere non tenentur ab eorum mercanciis et rebus; ideo mandamus vobis et vestrum cuilibet et presertim tibi Aynolpho Leopoliensi theloneatori et alias pro tempore existenti, quatinus a prefatis civibus et incolis civitatis Lyelouiensis prefata thelonea et foralia nullomodo recipiatis neque recipere presumatis, sed eos iuxta privilegia eorum conservare debeatis, omnibus quibusvis condicionibus et occasionibus proculmotis, aliter facere non ausuri sub indignacione nostra. Datum in generali convencione Petrkouiensi Sabato ante Iudica anno domini millesimo CCCC^{mo} LX sexto.

Relacio venerabililis Alberti Prepositi Calisiensis et Regni Polonie Vicecancellarii.

Acta Officii consularis Leopoliensis T. I. 1466, pag. 126, nr. 277.

LXXI.

We Lwowie 9. Kwietnia 1466 r.

Ławnicy miasta Lwowa poświadczają, że Jadwiga, wdowa po Mikołaju Schultis starszym, sprzedała pół domu swego. w rynku położonego, Piotrowi Lindnerowi, mieszczaninowi lwowskiemu.

Wir . . Scheppen der Stat Lemborg Bekennen allen vnd iczlichen, den is notdorft ist, Das vor vnsir ausgeleget gehegit Ding, Das der Namhaftige Her Stano Clopper, vnsir foit, forwezete, Dy Togunthsamme frawe Hedwig, etczwen des namhaftigen Nicolai schultis des alden, vnsirs burgers witwe, Also als sy manch Iar legerhaftig vnd gechtbröchik an eren fussen bisdoher gewest ist, das sy eren aufgank nicht gehaben mochte, noch mag, wart brocht getragen; doselbest sy mit gutter vnd witziger fornomfft vnd mit wolbedochtem mutte, Nemende czu sich den Erhaftigen hern Iorge Korsner, vnsern burger, czu vormönden, Hat ir halb Haus, czu neste der Erber frawen Agneth Zindrichen an eyme, vnd des Erhaftigen Hern Miclasch, auch vnsers burgers, am andern teile heuzern am ringe gelegen, welches hauzes dy ander helffte Stanen, Michnen vnd Katherine frawe Peterlindnerin, etczwen des Erbern Nicolai Scholtis des Iungen vnsers burgers seliges gedechtnis elicher Kinder, erbgut ist, Durch denselbin hern Iorge Korsner, eren vormönden, in rechtem vnd redlichem kawffe dem Erbern hern Peter Lindner, vnserem burger, mit allem rechte, lang, breit, weith, als sy is selber bisdoher gehalden hat, vorreicht vnd offgegeben czu haben, czu beseczen, czu genissen, czu vorwechseln, czu vorkeuffen vnd an seynen besten notcz czu wenden, als is em vnd seyne geerben vnd rechte nochkomlinge des beste vnd notzberlichste wirt behagen, Globende durch den selbin eren vormönden her Iorge Korsner vor alle ansproche des selben halben hauzes wellende das vorentwerten noch der Statrechte. Auch hot dy egenante frawe hedwig durch den selben eren vormönden vnd auch selber möntlichen, do sy durch vnser gerichte gefrogit wart, bekant, das ir der obgenante peter lindner vor das egenante halbe haus volkomene vnd genugliche beczalunge gethon hat, Globinde en dorume fortmer nymer anczulangen off ewige tage. Des czu hocher konthschaft ist unsers scheppen amptis Ingezegel an dezen briff gehangen. Gescheen vnd gegeben an der metwoche noch Ostern der nesten czu offintagen Der Iarczal vnsers lieben hern Tausent vierhundert vnd sechs vnd sechzig Iar.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 213. Na pasku pergaminowym zawieszona na ciemno-zielonym wosku wyciśnięta, znacznie uszkodzona, już po kilkakrotnie opisywana pieczęć ławników lwowskich.

LXXII.

We Lwowie 9. Kwietnia 1466 r.

Ławnicy miasta Lwowa poświadczają, że Jadwiga, wdowa po Mikołaju Schultis starszym, zrzekła się należących się jéj 93 kóp groszy od wnuków swych Stana, Michna i Katarzyny, jako i połowy domu, który w tej sumie trzymała.

Wir .. Scheppen der Stat Lemborg Bekennen offinbarlichen allen Vnd itczlichen, den is not ist, Das dy Thogunthsame frawe Hedwig etzwen des Namhaftigen Nicolai Schultis des alden, vnsers Burgers gutis gedechtnis, witwe, Also als sy manch Iar legerhaftig vnd gichbruchik an eren fussen gewest ist, das sy eren ausgang nicht gehaben mochte, noch mag gehaben, ward brocht getragen vor vnser ausgelegit gehegit ding, Das der Namhaftige her Stano Clopper, vnser foith, zas, Do selbist sy mit gutter vnd witcziger vornomft vnd mit wolbedochtem mutte, Nemende czu sich czu vormonden den Erhaftigen hern Iorge Korsner, vnseren Burger, hot dy drey vnd newnczik schok heller, dy ir Stano, Michno vnd Katherina frawe lindnerin, ere enenkel, schuldig seyn vor ir teil, das sy an dem Eckhauze off des heiligen leichnams gasse, czu neste Stenczel Wilczken des Korsners hause vnd an dem holczen hauze czweschen der frawen Czarni Ianen vnd der obgenannten kinder eckhauze am ringe, vnd an dem garten bey dem sichhause vor dem Crokeschen thore gelegen, gehat hot, in welcher Schult der drei vnd newnczik schoken der erber Peter lindner, vnser burger, der obgenannten frawen Katherine elicher vormonde Stanen vnd Michnen erer bruder vorweser, mit vorwillunge des Ersamnen Ratis deser Stat hot dy helfte des hauses czweschen der frawen Zindrichen, vnser burgerin, vnd her Miclaschen, vnsers burgers, hewsern am ringe gelegin. Vorschreben vor dem obgenanten gesessenem Rate deser Stat. Also das dy frawe hedwig desselben hausis gebrauchen sal mit allin rechten bis czu genuglicher beczalunge derselben drey vnd newnczig schok, Als denne des egenanten Ersammen Ratis briff vnder eres Ratamptis Ingesegil clerlicher lautet vnd ausweiset, den sy vor vnserem gehegetem Dinge offlegite, Durch den egenanten hern Iorgen Korsner, eren formonden, denselben eren enenkeln Stano, Michno vnd Katherine in rechter gobe gerichlichen geschanckt vnd gegeben, Zagende sy der drey vnd newnczig schok vnd dorczu der obgenanten forschreibunge des egenanten halben hausis in demselbin gelde vnd in allerweize frey vnd ledig czu ewigen tagen. Des czu hocher Konthschaft

habe wir vnsers Scheppinamptis Ingesegil an desen briff lossen hengen. Gescheen vnd gegeben an der metwoche nach Ostern czu Offintagen der Iarczal vnsers lieben hern Tawsint firhundert vnd sechsvndsechczig Iar.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 214. Na pasku pergaminowym zawieszona znacznie uszkodzona, na zielonym wosku wyciśnięta pieczęć ławników lwowskich, po kilkakrotnie już opisywana.

LXXIII.

We Lwowie 5. Maja 1466 r.

Rajcy miasta Lwowa poświadczają, że Staszko Kromer i Piotr Niemand ułożyli się co do utrzymywania postawionego pomiędzy ich posiadłościami plotu.

Wir . . Ratmanne der Stat Lemborg Bekennen offenbarlichen mit lawte dis briffes, das vor vns in gesessenem Rate Staschke Cromer, unser metebuger, bekant hot, Das Herre Peter Nymand en hat lossin den Czawn, den sy haben gehat, czweschen des selbin hern peter nymandis wezen vnd des selben Staschken Cromers garten off her Miclaschen Erbe gelegen off seyne weze vnd ertrich, das ist off des selben herre Peter nymandis, zeczen vnd bawen in sulcher weise. das Staschke vnd alle seyne nochkomlinge sullen den selben czawn selber halden bawen vnd bessern mit erem gelde An alle des obgenanten Hern Peter Nymandis holffe und anloge. Des czu besser sicherheit vnd hocher konthschaft haben wir vnsers Ratamptes Ingesegel an desin briff lossen hengen. Gegeben am montage nest noch der findunge des heiligen Crewczis der Iarczal vnsers lieben herrn Thawsint vierhundert vnd Zechsvndzechczig Iar.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 215. Na pasku pergaminowym zawieszona na ciemnozielonym wosku wyciśnięta pieczęć rajców lwowskich, już po kilkakrotnie opisywana.

LXXIV.

We Lwowie 23. Maja 1466 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy skazują Jana Zubrskiego na zapłacenie Janowi Gołąbkowi z Zimnowody stu trzynastu grzywien w przeciągu czterech tygodni.

Nos Petrus de Brancze iudex et Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quia decrevimus, ut dominus Iohannes Zubrzsky solvat centum marcas et decem marcas in quatuor septimanis in manus nobilis Iohannis Golambek de Zymnawoda et hoc racione prelucrorum, prout idem dominus Iohannes Golambek super predicto Iohanne Zubrsky hodie est prelucratus, et hoc modo tali, quia ipse dominus Iohannes Golambek super easdem centum marcas et decem marcas racione dampni iuravit ex decreto nostro iuxta citacionem suam et inscripcionem ipsius Iohannis Zubrsky. Si autem non solveret, ex tunc in crastino termini nonsolucionis debet dare sub pena intromissionis in bona in Zubrza, ubi essent undecim marce census annui, in eisdem centum et decem marcis. Et iam ministerialis sibi Golambek ad eandem intromissionem est additus. Et super hoc idem Golambek memoriale posuit, quod nos recepimus. Etiam idem dominus Iohannes Zubrsky debet solvere sibi Golambek tres marcas pene in quatuor septimanis sub pena iudiciali. Et super hoc memoriale per ipsum Golambek est positum, per nos vero receptum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli feria sexta proxima ante festum Pentecostes anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka Vexillifero Leopoliensibus, Andrea de Senno, Iohanne Olesky, Gyneczerzs de Syenyawa, Thoma Lopaczinsky, Iurgi de Malczycze et aliis circa premissa testibus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 216. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, z których pierwsza na zwyczajnym wosku wyciśnięta sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga wraz z paskiem zaginęła.

LXXV.

We Lwowie 11. Czerwca 1467 r.

Barnabasz de Negrono oddaje po śmierci swéj prawo patronatu nad założonym przez siebie ołtarzem rajcom lwowskim, oznaczając zarazem warunki, pod któremi ciż rajcy patronat ten przyjęli.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter omnes firmitates et corroborationes gestorum humanorum sola firmitas scripturarum manifestam perseveranciam et firmiorem obtineat durabilitatem, proinde ego Barnabas de Negrono, Italicus Ianuensis, fundator et dotator altaris sancte Marie Virginis Visitacionis, sanctorum et sanctarum Iohannis baptiste, Barnabe apostoli, Luce evangeliste, decem milium Martirum, undecim milium Virginum, Helene electe, Barbare, Katherine, Agnetis, Dorothee, Margarethe virginum in ecclesia metropolitana Leopoliensi sancte Marie virginis [1]), considerans et videns meam debilitatem et fragilitatem et amicorum ac consanguineorum meorum in hoc regno inclito Polonie absentiam et defectum, collationem, protectionem, regimen et tutoriam prefati altaris et ius presentandi meum ad ipsum altare post decessum et mortem meam famosis viris dominis consulibus pro tempore existentibus civitatis Leopoliensis irrevocabiliter do, confero, dedi et contuli, perpetue et in evum dono et donavi; petendo eosdem dominos, quatenus prefata tanquam amici et fautores mei speciales a me susciperent. Qui domini tanquam amici et fautores mei singulares peticionibus huiusmodi meis acclinati, talibus conditionibus adiectis, premissa per me donata susceperunt. Primo, quod Deus avertat, si villa per me perpetuo comparata, dicta Pekulouiczie, super qua predictum altare fundatum existit, per inimicos seu hostes aut quovis alio modo destrueretur, desertaretur aut vastaretur, extunc nichilominus altarista pro tempore existens eiusdem altaris in proventibus et laboribus ville predicte debet contentari et officium ac labores altaris eiusdem, in privilegio fundationis contentos et descriptos, implere et totaliter, sicut tenetur, perficere, nichil penitus a prefatis dominis consulibus et altaris predicti collatoribus pro suis laboribus aut reformatione ville et ipsius proventuum exposcendo. Etiam, si lites in iure spirituali aut terrestri pro bonis et fundo altaris pretitulati quocunque casu contingerent, pro huiusmodi litibus solus altarista pro tempore existens altaris predicti

1) Ołtarz ten założył Barnabasz de Negrono dnia 2. Stycznia 1464 r., przekazując mu wieś Pikułowice, w powiecie lwowskim położoną. Zobacz fundacyą w tomie II. nr. 99.

de bonis altaris eiusdem, cum interpositione et consilio dominorum consulum Leopoliensium debet et tenebitur impendere et non ipsi domini consules et collatores de suis bonis. Removeo insuper tenore presencium et alieno ac aufero prefatam collationem altaris predicti, regimen, protectionem, tutorium et ius presentandi ab omnibus et singulis consanguineis, affinibus et quibusvis cognatis meis, solum eam cum omnibus eidem additis, et adiunctis supra expressis et descriptis dando, donando, apropriando, incorporando perpetue et in evum post mortem meam prescriptis dominis civitatis Leopoliensis pro tempore existentibus consulibus, faciendo eosdem unicos, veros, hereditarios et legitimos tenore presencium meos successores ac collatores, rectores, tutores altarisque eiusdem protectores, et in signum maioris firmitatis et roboris omnium premissorum sigillum meum huic litere est subappensum. Actum et datum Leopoli feria quinta ipso die sancti Barnabe Apostoli, alias undecima mensis Iunii anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, presentibus venerabilibus et honorabilibus viris dominis Iohanne Burcardi protunc Officiali, Iohanne Scolteti de Leopoli Magistro, Iohanne Spiczhuth de Schamotuli, Nicolao artium Baccalario de Ternaua, Stanislao de Trzebuchow, Nicolao de Polonka, Gregorio de Sanok sancte ecclesie prefate Leopoliensis Canonicis, testibus circa premissa.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 217. Na pasku pergaminowym zawieszona na zwyczajnym wosku wyciśnięta pieczęć, której odcisk przedstawia cztery kolumny u góry i dołu ze sobą złączone, w otoku zaś napis: *barnabe de negrono.*

LXXVI.

W Krakowie dnia 24. Stycznia 1469 r.

Jan Bohun z Dunoszy sędzia i Jan z Pielgrzymowic podsędek ziemscy krakowscy poświadczają, że król wyznaczył Ligęzie z Bobrek, Jerzemu Morsteinowi żupnikowi i Tomaszowi Boszkartowi podżupnikowi roki zawite w trzy dni po przyjeździe swym do Przemyśla.

Nos Iohannes Bohun de Dunossy iudex et Iohannes de Pyelgrzymouicze subiudex terre Cracoviensis generales significamus tenore presentium, quibus expedit uuiversis et singulis, presentibus et futuris, presentium notitiam habituris, quomodo, dum et quum in curia serenissimi principis et domini domini Kasimiri Dei gracia Regis Polonie pro tribunali iudicialiter residebamus, tunc venientes personaliter generosus Lygąza de Bobrek et advocatus in Schol actor cum famoso Georgio Morsteyn salis utriusque zuppario videlicet et Russie et suo vicezuppario Thoma Boszkarth de Schol, omnes terminos, quos habuerunt

peremptorios alias zawyte, quos omnes terminos serenissimus princeps dominus Rex per se dedit personaliter et posuit, tercia die post felicem sue serenitatis adventum in Przemyszl et ibi tales terminos peremptorios alias Roky zawythe coram sua maiestate Regia aut suo iudicio iuxta cittaciones et acta et iuxta ministerialis recognicionem habebunt. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa [1]). Acta Craconie in Curia regis serenissimi feria tercia post festum sancte Agnetis proxima anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus his testibus nobilibus Egidio de Suchdol, Iacobo de Szyeczechouicze, Iohanne de Rogozno et Iacobo de Coczina heredibus et aliis pluribus fidedignis.

Dokument oryginalny pergaminowy w bibliotece Zakładu Narodowego Im. Ossolińskich. Pieczęci brakuje. pozostały tylko dwa paski pergaminowe.

LXXVII.

We Lwowie 13. Lutego 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan Rychcicki w swem i syna swego Stanisława imieniu pokwitował Jana Jurę z synami Piotrem i Janem i Jerzego Kunata z Tuligłów z braćmi Janem i Mikołajem i siostrami Jachną i Anną z odebranych 18 grzywien i 16 groszy przydatku do działu po babie.

Nos Petrus de Braycze (*sic*) iudex necnon Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo veniens ad nostram et aliorum dominorum, nobiscum protunc iudicio terrestri residencium, presenciam nobilis Iohannes Rychcziczsky [2]) libere recognovit coram eodem iudicio terrestri, quia sibi Rychcziczsky et filio suo nobili Stanislao nobilis Iohannes Iura cum filiis suis Petro et Iohanne et Georgius Cunath de Tulyglowy [3]) una cum fratribus suis Iohanne, Nicolao et sororibus Iachna et Anna manu coniuncta et indivisa pro octodecim marcis et

1) Porównaj Helcel, starodawne Prawa Polsk. Pomn. II., str. 753, nr. 3951, gdzie zamiast *Schol* wydrukowano po dwakroć *Sthol*.

2) Rychcice wieś w powiecie drohobyckim.

3) Tej nazwy trzy wsie znajdujemy w Galicyi. Tutaj pewnie wieś Tuligłowy w powiecie rudeckim.

sedecim grossis latis pecunie communis monete et nummeri Polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, de bonis Malechow et Zidathicze [1]) racione addicionis alias dla przidadkv divisionis alias dzalv ad villas Iuskowcze, Ostrozany, Dzurczicze [2]) et ad domum areasque ad eandem domum spectantes in suburbio Leopoliensi castrensi iacentes, que octodecim marce et sedecim grossi lati super ipsum Richcziczsky et filium suum prefatum Stanislaum divisione et iure propinquitatis post manum mortuam nobilis Iachne olim ave alias pobabye prefati filii sui Stanislai sibi Rychcziczsky et filio suo Stanislao fuerunt devolute, satisfecerunt. Et recognovit etiam idem Rychcziczsky a prefatis Iohanne Iura et filiis suis Iohanne et Petro et a Georgio Cunath et a fratribus ipsius Nicolao et Iohanne et a sororibus Iachna et Anna easdem octodecim marcas et sedecim grossos latos in paratis pecuniis levasse et recepisse, et omnes inscripciones super easdem octodecim marcas et sedecim grossos latos in libro terrestri Leopoliensi confectas mortificavit presentibusque mortificat. Super que ipse Iura cum filiis, Georgius Cunath cum fratribus et sororibus memoriale posuerunt. quod nos recepimus. In cuius rei testimonium sigilia nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli in iure terrestri feria secunda in crastino Carnisprivii anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Iurscha de Chodorowstaw Capitaneo Zudaczowyensi et Striensi, Iohanne de ibidem Dapifero, Iohanne Swynka Vexillifero, Petro Spyklossky Subpincerna Leopoliensibus, Petro et Iurscha Czebrowskye, Nyemyerza et Michno de Borschow, Paulo Burzynsky et aliis ad premissa testibus fidedignis.

Pergaminowy oryginał nr. 218 w archiwum miasta Lwowa. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie pieczęci na zwyczajnym wosku wyciśnięte, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

---

1) Malechów i Żydatycze wsie w powiecie lwowskim.

2) Juszkowce wieś w powiecie bóbreckim. Dwóch drugich wsi nie mogłem odszukać. W pobliżu Juszkowic znajduje się wieś Ostrów, lecz Ostrożan nie ma.

LXXVIII.

We Lwowie 13. Marca 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że na skargę prokuratora królewskiego Mikolaja Grzymały przeciwko Pawłowi Klusowi z Krosna, jakoby ten nieprawnie w Krośnie pobierał cła, stanął osobiście Pawel Klus i oświadczył, że do pobierania takich ceł nie ma żadnego prawa i takowych nie pobiera, skutkiem czego sąd zakazał mu czynić to i na przyszłość.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wysokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo, dum iudicio serenissimi principis et domini, domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi iudicialiter pro tribunali residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum protunc iudicio eodem residentium, presentiam veniens personaliter generosus Nicolaus Grzymala, procurator eiusdem serenissimi domini Regis Kazimiri, super nobilem Paulum Cluss heredem de Crosno, iuxta citacionem proposuit pro eo, quia ipse in villa Croszno [1]) theolonea exquisita et insolita non privilegiata in emptoribus et mercatoribus exigit et recipit violenter in gravamen eorum et preiudicium Regium, sibi eadem solusmet sine consensu et voluntate Regie maiestatis statuendo et creando, subiungens ipse Grzymala se velle docere mercatoribus et emptoribus illis, a quibus exegit et recepit. Et si se aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato serenissimo domino Rege, domino nostro graciosissimo aut antecessoribus sue serenitatis se pretenderet habere, ut coram iure reponeret. Ex adverso stans prefatus Paulus Clusz respondit, quod super huiusmodi theolonea exigenda et recipienda nullum ius se habere pretendit nec ipsa habet nec unquam recipiebat. Super quod procurator Regius prefatus Nicolaus Grzymala memoriale posuit. Et post posicionem memorialis idem procurator petivit sibi decerni, quomodo ipse Paulus Clusz negacionem recepcionis theolonei huiuscemodi evadere deberet. Quare nos, hinc inde exauditis huiusmodi proposicionibus et responsionibus, negacione habita et

---

1) Krosno, dziś przysiołek do Szczawnego w powiecie sanockim.

exaudita, sibi Paulo Clusz amplius pro exaccione et extorsione theoloneorum predictorum in villa sua Croszno silencium perpetuum imposuimus presentibusque imponimus sentencia nostra definitiva mediante et memoriale per ipsum Grzymala positum recepimus. Et quia maiestas Regia ipsum Paulum Clusz pro recepcione predicti theolonei preterita emisit de iuramento, prout sibi Paulo iurare decretum fuerat, ergo pro emissione iuramenti sibi Paulo evasionem decrevimus, atque ipse Paulus Clusz memoriale posuit, quod nos suscepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in iure Regie maiestatis Leopoli feria secunda proxima post dominicam quadragesime videlicet Letare anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem revererendissimo in Christo patre et domino domino Gregorio Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi necnon magnificis, generosis et nobilibus dominis Stanislao de Ostrorog Calyssyensi, Stanislao de Chotecz Russie Palatinis, Iohanne de Rythwyany Generali Marschalco. Alberto de Zichlin Vicecancellario Regni Polonie, Dobeslao de Wisznycze Lublinensi, Paulo Odrowąnsch de Sprowa Leopoliensi, Dobeslao de Zyrauicza Premisliensi, Nicolao Swyrcz de Byedrzychowcze Cameneczensi, Andrea Fredro Haliciensi Castellanis, Groth de Ostrow Lublinensi, Spithko de Iaroslaw Premisliensi, Georgio Strumilo Leopoliensi, Paulo Sczukowski Cameneczensi, Iohanne Cola de Daleyow Haliciensi Succamerariis. Nicolao Chrząstowski Cracouiensi, Iohanne alias Swynka Leopoliensi Vexilliferis, et aliis circa premissa testibus fidedignis quam pluribus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 219. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie pieczęci na zwyczajnym wosku wyciśnięte, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

LXXIX.

We Lwowie 15. Marca 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że na skargę prokuratora królewskiego Mikołaja Grzymały przeciwko Janowi Śwince z Pomorzan, chorążemu lwowskiemu, jakoby ten nieprawnie w Żabinie i Jarosławicach pobierał cła, stanął osobiście Jan Świnka i oświadczył, że do pobierania takich ceł nie ma żadnego prawa i że takowych nie pobierał; skutkiem czego sąd zakazał mu czynić to i na przyszłość.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wysokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit universis, tam pre-

sentibus quam futuris, presencium noticiam habituris quomodo, dum serenissimi principis domini et (*sic*) Kazimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, iudicialiter pro tribunali residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum protunc iudicio eodem residencium, presenciam veniens personaliter generosus Nicolaus Grzymala, procurator eiusdem serenissimi domini Regis Kazimiri, super generosum ac strenuum Iohannem Swynka de Pomorzany, vexilliferum Leopoliensem, iuxta citationem proposuit pro eo, quia ipse in villis suis dictis Zabyn et Iaroslauicze [1]) theolonea exquisita et insolita non privilegiata in emptoribus et mercatoribus exigit et recipit violenter in gravamen eorum et preiudicium Regium, sibi eadem solusmet sine consensu et voluntate Regie maiestatis statuendo et creando, subiungens ipse Grzymala se velle docere mercatoribus et emptoribus illis, a quibus exegit et recepit. Et si aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato serenissimo domino Rege, domino nostro graciosissimo, aut antecessoribus sue serenitatis se pretenderet habere, ut coram iure reponeret. Ex adverso stans prefatus dominus Swynka, respondit, quod super huiusmodi theolonea exigenda et recipienda nullum ius se habere pretendit, nec ipsa habet, nec unquam recipiebat. Super quod procurator Regius prefatus Grzymala memoriale posuit. Et post posicionem memorialis idem procurator petivit sibi decerni, quomodo ipse dominus Swynka negacionem receptionis theolonei huiuscemodi evadere deberet. Quare nos hincinde exauditis huiusmodi proposicionibus et responsionibus, negacione habita et exaudita, sibi domino Swynka amplius pro exaccione et extorsione theoloneorum predictorum in villis suis Zabyn et Iaroslauicze silencium perpetuum imposuimus presentibusque imponimus sentencia nostra diffinitiva mediante et memoriale per ipsum Grzymala positum recepimus. Et quia maiestas Regia ipsum Iohannem Swynka pro recepcione predicti theolonei preterita emisit de iuramento, prout sibi Iohanni Swynka iurare decretum fuerat, ergo per emissionem iuramenti sibi domino Iohanni Swynka evasionem decrevimus, ad que ipse Iohannes Swynka memoriale posuit, quod nos suscepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in iure Regie maiestatis Leopoli feria quarta proxima post Letare anno domini millessimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem reverendissimo in Christo patre et domino domino Gregorio Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi necnon magnificis generosisque dominis Stanislao de Ostrorog Calyssyensi, Stanislao de Chotecz Russie, Michaele Musilo de Buczacz Podolie Palatinis, Iohanne de Rythwyany Generali Marschalko. Venerabili domino Alberto de Zichlin Vicecancellario Regni Polonie. Sebeslao de Wisnycze Lublinensi, Paulo Odrowąnsch de Sprowa

1) Żabin i Jarosławice wsie w powiecie złoczowskim. Pomorzany miasteczko w tym samym powiecie.

Leopoliensi, Dobeslao de Zyranicza Premisliensi, Nicolao Swyrcz de Byedrzychowcze Cameneczensi, Andrea Fredro Haliciensi Castellanis, Groth de Ostrow Lublinensi, Spythko de Iaroslaw Premisliensi, Georgio Strumilo Leopoliensi, Iohanne Cola de Daleyow Haliciensi, Paulo Scznkowsky Cameneczensi (*vexilliferis* [1]) et aliis circa premissa testibus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 220. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

LXXX.

We Lwowie 27. Marca 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy znoszą na skargę prokuratora królewskiego Mikołaja Grzymały cło pobierane w Jazłowcu przez Michała z Jazłowca.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wysokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo, dum iudicio serenissimi principis et domini domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, iudicialiter pro tribunali residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum pro tunc iudicio eodem residencium, presenciam veniens personaliter generosus Nicolaus Grzymala, procurator eiusdem serenissimi domini Regis Kazimiri, super generosum Michaelem de Iaszlowyecz, tenutarium de Czyrwony grod, iuxta citacionem proposuit pro eo, quia ipse in opido suo Iaszlowyecz [2]) theolonea exquisita et insolita non privilegiata in emptoribus et mercatoribus recepit violenter in gravamen eorum et preiudicium Regium, sibi eadem solusmet sine consensu et voluntate Regie maiestatis statuendo et creando, subiungens se idem Grzymala velle docere mercatoribus et emptoribus illis, a quibus exegit et recepit. Et si aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato domino Rege, domino nostro graciosissimo, aut antecessoribus sue serenitatis se pretenderet habere,

---

1) Wyraz ten opuścił pisarz.

2) Jazłowiec miasteczko w powiecie buczackim. Czerwonogród w powiecie zaleszczyckim.

ut coram iure reponeret. A quo stans nobilis Iacobus Klonowsky cum sufficienti procuratorio respondit, quod idem Michael super huiusmodi theolonea exigenda et recipienda nullum ius se habere pretendit nec ipsa theolonea ibi habet, super que ipse Nicolaus Grzymala procurator regius memoriale posuit. Nos vero, exauditis huiusmodi proposicionibus et responsionibus, perpendentes, quia ipse Michael Iaszlowyeczsky super dicta theolonea nulla iura habet, ergo sibi Michaeli pro exaccione et extorsione theoloneorum predictorum in opido Iaszlowyecz silencium perpetuum imposuimus presentibusque imponimus, sentencia nostra diffinitiva mediante et memoriale per ipsum Grzymala positum recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli in iure Regie maiestatis feria secunda proxima post Dominicam Quadragesime videlicet Ramispalmarum anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem reverendissimo in Christo patre et domino domino Gregorio Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi necnon magnificis, venerabili et generosis dominis Stanislao de Ostrorog Calyssyensi, Stanislao de Chotecz Russie Palatinis, Iohanne de Rythwyany generali Marschalco, Alberto de Zychlin Vicecancellario Regni Polonie, Dobeslao de Vischnycze Lublinensi, Dobeslao de Zyravicza Premisliensi Castellanis, Raphaele de Iaroslaw Leopoliensi, Paulo Iassyensky Chelmensi et Belzensi Capitaneis, Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka de Pomorzany Vexillifero, Iohanne Chodorowsky Dapifero, Iohanne Cutykowsky Subdapifero, Iacobo Romanowsky Subpincerna Leopoliensibus et aliis circa premissa testibus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 222. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie pieczęci na zwyczajnym wosku wyciśnięte, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

LXXXI.

We Lwowie 27. Marca 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy zakazują na skargę prokuratora królewskiego Mikołaja Grzymały Stanisławowi z Jaryczowa pobierać nieprawnie cło w Jaryczowie.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo, dum iudicio sere-

nissimi principis et domini domini Kazimiri Dei gratia Regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, iudicialiter pro tribunali residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum protunc iudicio eodem residencium, presenciam veniens personaliter generosus Nicolaus Grzymala, (*procurator* [1]) eiusdem serenissimi domini Regis Kazimiri, super nobilem Stanislaum de Iariczow iuxta citacionem proposuit pro eo, quia ipse in villa Iariczow [2]) theolonea exquisita et insolita non privilegiata in emptoribus et mercatoribus recipit violenter in gravamen eorum et preiudicium Regium, sibi eadem solusmet sine consensu et voluntate Regie maiestatiss statuendo et creando, subiungens ipse Grzymala se velle docere mercatoribus et emptoribus illis, a quibus exegit et recepit. Et si aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato serenissimo domino Rege, domino nostro graciosissimo, aut antecessoribus sue serenitatis se pretenderet habere, ut coram iure reponeret. Ex adverso stans prefatus Stanislaus Iariczowsky respondit, quod super huiusmodi theolonea exigenda et recipienda nullum ius se habere predendit nec ipsa theolonea ibi habere et recipere vult. Nos vero, exauditis huiusmodi proposicionibus et responsionibus, perpendentes, quia ipse Stanislaus Iariczowsky super dicta theolonea nulla iura habet, sibi Stanislao pro exaccione et extorsione theoloneorum predictorum in villa Iariczow silencium perpetuum imposuimus presentibusque imponimus, sentencia nostra diffinitiva mediante. Super que omnia prefatus Grzymala procurator Regius memoriale posuit, quod nos recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli feria secunda proxima post Dominicam Ramispalmarum anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem reverendissimo in Christo patre domino et domino Gregorio Dei gratia Archiepiscopo Leopoliensi necnon magnificis generosisque dominis Stanislao de Ostrorog Calyssyensi, Stanislao de Chotecz Russie Palatinis, Iohanne de Rythwyany Marschalco Generali, venerabilique Alberto de Zichlyn Vicecancellario Regni Polonie, Dobeslao de Vischnycze Lublinensi, Dobeslao de Ziravicza Premisliensi Castellanis, Raphaele de Iaroslaw Leopoliensi, Paulo Iassyensky Chelmensi et Belzensi Capitaneis, Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka Vexillifero, Iohannne Chodorowsky Dapifero, Iohanne Culykowsky Subdapifero, Iacobo Romanowsky Subpincerna Leopoliensibus et aliis circa premissa testibus fidedignis quam pluribus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 221. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

---

1) Pisarz wyraz ten opuścił. 2) Jaryczów nowy miasteczko, Jaryczów stary wieś w powiecie lwowskim.

LXXXII.

We Lwowie 8. Kwietnia 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy na skargę prokuratora królewskiego Mikołaja Grzymały odsądzają nieletnie dzieci Procza z Wasiczyna od prawa pobierania cła w mieście ich Wasiczynie.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wysokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo dum iudicio serenissimi principis et domini domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, iudicialiter pro tribunali residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum pro tunc eodem iudicio residencium, presenciam veniens personaliter generosus Nicolaus Grzymala, procurator eiusdem serenissimi domini Regis Kazimiri, super nobiles pueros olim nobilis Procz de Vassyczyn iuxta citationem proposuit pro eo, quia ipsi in eorum opido dicto Vassyczyn [1]) theolonea exquisita et insolita non privilegiata in emptoribus et mercatoribus recipiunt violenter in gravamen ipsorum et preiudicium Regium, sibi eadem solimet sine consensu et voluntate Regie maiestatis statuendo et creando, subiungens se idem Grzymala velle docere emptoribus et mercatoribus illis, a quibus exegerunt et receperunt. Et si aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato domino Rege, domino nostro graciosissimo, aut antecessoribus sue serenitatis pretenderent habere, ut coram iure reponerent. Cum quibus pueris nobilis Iwasko Czahrowsky, tutor eorundem puerorum, coram eodem iudicio personaliter comparens ipsosque pueros annos discrecionis nondum habere allegans, ipsis pueris ad annos discrecionis petivit dari. Nos vero ipsos pueros annos etatis nondum habere cognoscentes, decrevimus et presentibus decernimus, quod ipsi pueri theolonea predicta ad annos ipsorum discrecionis recipere non debebunt. Dum autem etatem habuerint et ad annos devenerint, extunc iura, si que habuerint super predicta theolonea, reponere debent. Si vero iura non habebunt super predicta theolonea, ex tunc iam ipsis pro dictis theoloneis et exaccione et extorsione eorundem perpetuum silencium imposuimus presentibusque imponimus, nostra sentencia diffinitiva mediante. Super que

---

1) Wasiuczyn wieś w powiecie rohatyńskim.

omnia prefatus Nicolaus Grzymala, procurator Regius, memoriale posuit, quod nos recepimus effectualiter. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli in iure Regie maiestatis die Sabbato proximo post festum solempnis Pasce anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem reverendissimo in Christo patre domino et domino Gregorio Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi necnon magnificis generosisque dominis Stanislao de Ostrorog Calyssyensi, Stanislao de Chotecz Russie Patatinis, Iohanne de Rythwyany Generali Marschalko venerabilique Alberto de Zichlin Vicecancellario Regni Polonie, Dobeslao de Vischnycze Lubliuensi, Dobeslao de Zyravicza Premisliensi Castellanis, Raphaele de Iaroslaw Leopoliensi, Paulo Iasyensky Chelmensi et Belzensi Capitaneis, Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka de Pomorzany Vexillifero, Iohanne Chodorowsky Dapifero, Iohanne Kulykowsky Subdapifero, Iacobo de Romanow Subpincerna Leopoliensibus et aliis circa premissa testibus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w arch. m. Lwowa nr. 225. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

LXXXIII.

We Lwowie 8. Kwietnia 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy na skargę prokuratora królewskiego Mikołaja Grzymały odsądzają Klemensa Strumiłę z Gaju od prawa pobierania cła we wsi Gaje.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wysokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo dum iudicio serenissimi principis et domini domini Kasimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, iudicialiter pro tribunali residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum protunc eodem iudicio residencium, presenciam veniens personaliter generosus Nicolaus Grzymala, procurator eiusdem serenissimi domini Regis Polonie, super nobilem Clementem Strumilo de Gay tenutarium iuxta citacionem proposuit pro eo, quia ipse insolita et exquisita theolonea non privilegiata in emptoribus et mercatoribus in gravamen eorum et

preiudicium Regium in villa Gay [1]) tenute sue violenter exigit et recipit, sibi eadem solusmet sine consensu et voluntate Regie maiestatis statuendo et creando, subiungens se idem Grzymala velle docere mercatoribus et emptoribus illis, a quibus recepit et exegit. Et si aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato domino Rege, domino nostro graciosissimo, aut antecessoribus sue serenitatis se pretenderet habere, ut coram iure reponeret. Et stans prefatus Clemens dixit: ego super theolonea ista nullum ius habeo, solum quod illa recipio, prout ex antiquo recipiebantur. Super quod prefatus Grzymala procurator Regius memoriale posuit, petens decerni domino Regi theoloneum predictum sibique Clementi a modo silencium imponi. Nos vero, exauditis hic inde proposicionibus et responsionibus, predictum theoloneum in Gay domino Regi adiudicavimus presentibusque adiudicamus sibique Clementi amplius pro exaccione et extorsione theolonei predicti in Gay silencium perpetuum imposuimus presentibusque imponimus, sentencia nostra diffinitiva mediante, et memoriale per ipsum Grzymala positum recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli in iure Regie maiestatis die Sabato proximo post festum solempnis Pasce anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem reverendissimo in Christo patre et domino domino Gregorio Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi necnon magnificis, venerabili et generosis dominis Stanislao de Ostrorog Calyssyensi, Stanislao de Chotecz Russie, Michaele Muzilo Podolie Palatinis, Iohanne de Rythwyany Generali Marschalko, Alberto de Ziehlin Vicecancellario Regni Polonie, Dobeslao de Vischnyecze (*Lublinensi*) [2]), Dobeslao de Zyravicza Premisliensi Castellanis, Raphaele de Iaroslaw Leopoliensi, Paulo Iassyensky Chelmensi et Belzensi Capitaneis, Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka de Pomorzany Vexillifero, Iohanne Chodorowsky Dapifero, Iohanne Culykowsky Subdapifero, Iacobo Romanowsky Subpincerna Leopoliensibus et aliis circa premissa testibus fidedignis quam pluribus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa Nr. 226. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, z tych pierwsza sędziego oderwana, pozostał tylko pasek pergaminowy, druga podsędka na zwyczajnym wosku wyciśnięta przedstawia odcisk herbu Odrowąż.

---

1) Pewnie wieś Gaje w powiecie lwowskim. Nazwa ta zresztą często się powtarza na Rusi.

2) Wyraz ten pisarz opuścił.

LXXXIV.

We Lwowie 8. Kwietnia 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy na skargę prokuratora królewskiego Mikołaja Grzymały odsądzają Piotra ze Spikłos od prawa pobierania cła we wsi Remizowcach.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wysokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo dum iudicio serenissimi principis domini et domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, iudicialiter pro tribunali residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum protunc eodem iudicio residencium, presenciam veniens personaliter generosus Nicolaus Grzymala, procurator eiusdem serenissimi domini Regis Kazimiri, super nobilem Petrum heredem de Spiklossy iuxta citacionem proposuit pro eo, quia ipse in villa sua dicta Rzemyezowcze [1]) theolonea exquisita et insolita non privilegiata in emptoribus et mercatoribus exigit et violenter recipit in gravamen eorum et preiudicium Regium, sibi eadem solusmet sine consensu et voluntate Regie maiestatis statuendo et creando, subiungens se ipse Grzymala velle docere mercatoribus et emptoribus illis, a quibus exegit et recepit. Et si aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato serenissimo domino Rege, domino nostro graciosissimo, aut antecessoribus sue serenitatis se pretenderet habere, ut coram iure reponeret. Ex adverso stans prefatus Petrus de Spyklossy respondit, quod super huiusmodi theolonea exigenda et recipienda nullum ius se habere pretendit nec ipsa theolonea ibi habet nec unquam illa recipiebat nec recipere vult. Nos vero, exauditis huiusmodi proposicionibus et responsionibus, perpendentes, quia ipse Petrus de de Spyklossy super dicta theolonea nulla iura habet, sibi Petro pro exaccione et extorsione theoloneorum predictorum in villa Rzemyezowcze silencium perpetuum imposuimus presentibusque imponimus sentencia nostra diffinitiva mediante. Super que omnia prefatus Grzymala, procurator Regius, memoriale posuit, quod nos recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli Sabato proximo post festum solempnis

---

1) Szpikłosy i Remizowce wsie w powiecie złoczowskim.

Pasce anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem reverendissimo in Christo patre domino et domino Gregorio Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi necnon magnificis, venerabili et generosis dominis Stanislao de Ostrorog Calyssiensi, Stanislao de Chotecz Russie, Michaele Muzilo de Buczacz Podolie Palatinis, Iohanne de Rythwyany Marschalko Generali, Alberto de Zichlyn Vicecancellario Regni Polonie, Dobeslao de Vischnycze Lublinensi, Dobeslao de Zyravicza Premisliensi Castellanis, Raphaele de Iaroslaw Leopoliensi, Paulo Iassyensky Chelmensi et Belzensi Capitaneis, Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka Vexillifero, Iohanne Chodorowsky Dapifero, Iohanne Kulykowsky Subdapifero, Iacobo Romanowsky Subpincerna Leopoliensibus et aliis circa premissa testibus fidedignis quam pluribus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 227. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, z których pierwsza sędziego na zwyczajnym wosku wyciśnięta przedstawia odcisk herbu Holobok, druga podsędka zaginęła, pozostał tylko pasek po niej.

LXXXV.

We Lwowie 8. Kwietnia 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy na skargę prokuratora królewskiego Mikołaja Grzymały zakazują Janowi i Piotrowi Kulikowskim pobierać w Kulikowie nieprawnie wprowadzone cło.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wysokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo, dum iudicio serenissimi principis et domini, domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, iudicialiter pro tribunali residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum protunc iudicio eodem residencium, presenciam veniens personaliter generosus Nicolaus Grzymala, procurator eiusdem serenissimi domini Regis Kazimiri, super generosos ac nobiles Iohannem, subdapiferum Leopoliensem, et Petrum, germanum suum, heredes de Culykow iuxta citacionem proposuit pro eo, quia ipsi in opido eorum dicto Kulikow [1]) theolonea exquisita et insolita non privilegiata in emptoribus et mercatoribus exigit *(sic)* et recepit *(sic)* violenter in gravamen eorum et preiudicium Regium, ipsis eadem solimet

1) Kulików miasteczko w pobliżu Lwowa.

sine consensu et voluntate Regie maiestatis statuentes et creantes, asserens ipse Grzymala se probaturum mercatoribus et emptoribus illis, a quibus exegerunt et receperunt. Et si aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato serenissimo domino Rege, domino nostro graciosissimo, aut antecessoribus sue serenitatis se pretenderent habere, ut coram iure reponerent. A quibus stans nobilis Sigismundus Kalysschenski procurator, cui causam ipsorum coram iudicio resignaverunt, dixit: domini Kulykowsczy super predicta theolonea nulla iura habent, nam ipsis sunt recepta per inimicos. Super quod procurator Regius videlicet Grzymala memoriale posuit. Nos vero, exauditis hincinde huiusmodi proposicionibus et responsionibus, perpendentes, quod ipsi domini Kulikowsczy super dicta theolonea nulla iura habent, ipsis Iohanni et Petro pro exaccione et extorsione amplius theoloneorum predictorum in opido ipsorum Kulykow silencium perpetuum imposuimus, presentibusque imponimus, sentencia nostra diffinitiva mediante, et memoriale per ipsum Grzymala positum recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli in iure Regie maiestatis die Sabato proximo post festum solempnis Pasce anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem reverendissimo in Christo patre et domino, domino Gregorio Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi necnon magnificis generosisque dominis Stanislao de Ostrorog Calyssyensi, Stanislao de Chotecz Russie, Michaele Musilo de Buczacz Podolie Palatinis, Iohanne de Rythwyany Generali Marschalko venerabilique Alberto de Zychlyn Vicecancellario Regni Polonie, Dobeslao de Wysznycze Lublinensi, Dobeslao de Zyravicza Premisliensi Castellanis, Spythko de Iaroslaw Premisliensi, Georgio Strumilo Leopoliensi, Iohanne Cola de Dalyeow Haliciensi Succamerariis, Raphaele de Iaroslaw Leopoliensi, Paulo Iassyensky Chelmensi et Belzensi Capitaneis, Iohanne Swynka de Pomorzany Vexillifero, Iohanne Chodorowski Dapifero, Iacobo Romanowski Subpincerna Leopoliensibus et aliis circa premissa testibus fidedignis quam pluribus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 223. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

LXXXVI.

We Lwowie 8. Kwietnia 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy na skargę prokuratora królewskiego Mikołaja Grzymały, jakoby Michał Złotnicki nieprawnie pobierał cło w Zlotnikach, wyrokują, że tenże Zlotnicki wykazał się przed sądem pewnemi prawami do pobierania takowego cła.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wysoke subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presentium noticiam habituris, quomodo, dum iudicio serenissimi principis domini et domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Lithwanie Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, iudicialiter pro tribunali residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum protunc iudicio eodem residencium, presenciam veniens personaliter generosus Nicolaus Grzymala, procurator eiusdem serenissimi domini Regis Kazimiri, super nobilem Michaelem heredem de Zlonyky *(sic)* iuxta citacionem proposuit pro eo, quia ipse in opido suo dicto Zlothnyky[1]) theolonea exquisita et insolita non privilegiata in emptoribus et mercatoribus in gravamen eorum et preiudicium Regium exigit et violenter recipit, sibi eadem solusmet sine consensu et voluntate Regie maiestatis statuendo et creando, subiungens se idem Grzymala se velle docere mercatoribus et emptoribus illis, a quibus exegit et recepit. Et si aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato serenissimo domino Rege, domino nostro graciosissimo, se pretenderet habere, ut coram iure reponeret. Qui quidem Michael Zlothnyczsky, personaliter coram iudicio comparens, dixit: Domini, de eisdem theoloneis ego non plus recipio, solum tantum, quantum iura mea ostendunt, que iura coram eodem iure super eadem theolonea reproduxit. Nosque eadem lecta exaudientes eaque in omnibus punctis sana et sufficiencia esse perpendentes, ipsum Michaelem penes eadem iura sua remansimus. Decrevimus tamen et sentenciavimus, sentencia nostra diffinitiva mediante, ut de dictis theoloneis non plus recipiat, solum tantum, quantum sua iura monstrant, perpetuis temporibus. Super quo ipse Grzymala, procurator Regius, memoriale posuit, et post posicionem memorialis idem procurator Grzymala petivit sibi

1) Złotniki wieś w powiecie podhajeckim. Porównaj o tej miejscowości i tym samym Michale Złotnickim tom II., nr. 90.

decerni, quomodo ipse Michael negacionem recepcionis theolonei, quod recipiebat magis quam iura sua ostendebant, evadere deberet. Et quia maiestas Regia ipsum Michaelem pro recepcione predicti theolonei preterita emisit de iuramento, prout sibi Michaeli iurare decretum fuerat, ergo pro emissione iuramenti sibi Michaeli evasionem decrevimus. Ad que ipse Michael memoriale posuit. Nos vero, videlicet primum memoriale per Nicolaum Grzymala et secundum per Michaelem Złothnyczky positum, recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli in iure Regie maiestatis Sabato proximo post festum solempnis Pasce anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem reverendissimo in Christo patre domino et domino Gregorio Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi necnon magnificis, venerabili et generosis dominis Stanislao de Ostrorog Calyssiensi, Stanislao de Chotecz Russie, Michaele Muzilo de Buczacz Podolie Palatinis, Iohanne de Rythwyany Generali Marschalko, Alberto de Zychlin Vicecancellario Regni Polonie, Dobeslao de Wyschnycze Lublinensi, Dobeslao de Zyrauicza Premisliensi Castellanis, Raphaele de Iaroslaw Leopoliensi, Paulo Iassyensky Chelmensi et Belzensi Capitaneis, Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka de Pomorzany Vexillifero, Iohanne Chodorowsky Dapifero, Iohanne Kulykowski Subdapifero, Iacobo Romanowsky Subpincerna Leopoliensibus et aliis circa premissa testibus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 224. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, z tych po pierwszej sędziego pozostał tylko pasek pergaminowy, druga podsędka na zwyczajnym wosku wyciśnięta przedstawia odcisk herbu Odrowąż.

LXXXVII.

We Lwowie 8. Kwietnia 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy na skargę prokuratora królewskiego Mikołaja Grzymały odsądzają Elżbietę ze Żmigroda, wdowę po Stanisławie Chodorowskim, od prawa pobierania cła we wsi Żmigrodzie.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wysokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo dum iudicio serenissimi principis domini et domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, pro tribunali iudicialiter residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum

protunc iudicio eodem residencium, presenciam veniens personaliter generosus Nicolaus (*Grzymala*), [1]) procurator eiusdem serenisssimi domini Regis Kazimiri, super generosam Elizabeth de Szmygrod, tenutariam, relictam olim generosi Stanislai Chodorowsky, iuxta citacionem proposuit pro eo, quia ipsa in villa Szmygrod [2]) theolonea exquisita et insolita non privilegiata in emptoribus et mercatoribus recipit violenter in gravamen eorum et preiudicium Regium, sibi eadem solamet sine consensu et voluntate Regie maiestatis statuendo et creando, subiungens ipse Grzymala se velle docere mercatoribus et emptoribus illis, a quibus exegit et recepit. Et si aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato serenissimo domino Rege, domino nostro graciosissimo, aut antecessoribus sue serenitatis se pretenderet habere, ut coram iure reponeret. A qua stans nobilis Iacobus Clonowsky cum sufficienti procuratorio dixit: domina Elizabeth ibi, videlicet in Szmygrod, nunquam recepit nec recipit theolonea, tantum utitur dote et dotalicio suis, nec est potens perdere bona puerorum et heredum dictorum bonorum Szmygrod, videlicet nobilium Iohannis et Anne. Nos vero, exauditis huiusmodi proposicionibus et responsionibus, perpendentes, quia ipsa domina Szmygroczska super dicta theolonea nulla iura habet, sibi pro exaccione et extorsione theoloneorum predictorum silencium perpetuum imposuimus presentibusque imponimus, sentencia nostra diffinitiva mediante. Super que omnia prefatus Grzymala, procurator Regius, memoriale posuit, quod nos recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli in iure Regie maiestatis die Sabato proximo post festum solempnis Pasce anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem reverendissimo in Christo patre et domino, domino Gregorio Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi magnificisque et generosis dominis Stanislao de Ostrorog Calyssiensi, Stanislao de Chotecz Russie, Michaele Muzilo de Buczacz Podolie Palatinis, Iohanne de Rythwyany Generali Marschalko venerabilique Alberto de Zichlyn Vicecancellario Regni Polonie, Dobeslao de Visznyecze Lublinensi, Dobeslao de Zyrawicza Premisliensi Castellanis, Raphaele de Iaroslaw Leopoliensi, Paulo Iassyensky Chelmensi et Belsensi Capitaneis, Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka de Pomorzany Vexillifero, Iohanne Chodorowsky Dapifero, Iohanne Culykowsky Subdapifero, Iacobo Romanowsky Subpincerna Leopoliensibus et aliis circa premissa testibus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 231. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, z których pierwsza sędziego przedstawia odcisk herbu Hołobok, druga podsędka odcisk herbu Odrowąż.

1) Wyrazu tego nie ma w oryginale. 2) Żmigród w powiecie krośnieńskim.

LXXXVIII.

We Lwowie 8. Kwietnia 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy na skargę prokuratora królewskiego Mikołaja Grzymały odsądzają Piotra i Jana z Malechowa, synów Jana Jury z Ostrowa, wojskiego trembowelskiego, od prawa pobierania cła w Malechowie.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo, dum iudicio serenissimi principis et domini, domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri gratiosissimi, iudicialiter pro tribunali residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum, nobiscum protunc eodem iudicio residencium, presenciam veniens personaliter generosus Nicolaus Grzymała, procurator eiusdem serenissimi domini Regis Polonie, super nobiles Petrum et Iohannem, heredes de Malechow, filios generosi domini Iohannis Iura de Ostrow, tribuni Trebowliensis, iuxta citacionem proposuit pro eo, quia ipsi in parte ipsorum ville Malechow [1]) theolonea exquisita et insolita non privilegiata in emptoribus et mercatoribus exigunt et recipiunt violenter in gravamen eorum et preiudicium Regium, ipsis eadem solimet sine consensu et voluntate Regie maiestatis statuendo et creando, subiungens se idem Grzymala velle docere emptoribus et mercatoribus illis, a quibus exegerunt et receperunt. Et si aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato domino Rege, domino nostro gratiosissimo, aut antecessoribus sue serenitatis se pretenderent habere, ut coram iure reponerent. A quibus stans prefatus Iohannes Iura, pater ipsorum puerorum, ipsos pueros annos discrecionis habere nondum allegavit petivitque ipsis pueris ad annos discrecionis dari. Nos vero decrevimus presentibusque decernimus, quod ipsi pueri theolonea predicta ad annos ipsorum discrecionis recipere non debebunt. Dum autem ad annos devolventur discrecionis, extunc iura, si que habuerint super predicta theolonea, reponere debent. Si vero iura non habebunt, extunc iam ipsis pro dictis theoloneis et exactione eorundem perpetuum silencium imposuimus presentibusque imponimus, nostra sentencia definitiva mediante. Super que omnia ipse Grzymala, procurator Regius, memoriale posuit,

---

1) Malechów wieś w powiecie lwowskim.

quod nos recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli in iure Regie maiestatis die Sabato proximo post festum solempnis Pasce anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem reverendissimo in Christo patre domino et domino Gregorio Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi necnon magnificis, venerabili et generosis dominis Stanislao de Ostrorog Calyssyensi, Stanislao de Chotecz Russie, Michaele Muzilo de Buczacz Podolie Palatinis, Iohanne de Rythwyany Generali Marschalko, Alberto de Zichlyn Vicecancellario Regni Polonie, Dobeslao de Vischnycze Lublinensi, Dobeslao de Zyravicza Premisliensi Castellanis, Raphaele de Iaroslaw Leopoliensi, Paulo Iassyensky Chelmensi et Belzensi Capitaneis, Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka de Pomorzany Vexillifero, Iohanne Chodorowsky Dapifero, Iohanne Kulykowsky Subdapifero, Iacobo Romanowsky Subpincerna Leopoliensibus et aliis circa premissa testibus fide dignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa Nr. 229. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, z których pierwsza sędziego przedstawia odcisk herbu Hołobok, druga podsędka przedstawia odcisk herbu Odrowąż.

LXXXIX.

We Lwowie 8. Kwietnia 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy na skargę prokuratora królewskiego Mikołaja Grzymały odsądzają Katarzynę, żonę Andrzeja z Sienna, i Elżbietę, siostry rodzone z Gołogór, od prawa pobierania cła we wsi Złoczowie.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wysokye subindex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo, dum iudicio serenissimi principis et domini, domini Kazimiri Regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, iudicialiter pro tribunali residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum protunc iudicio eodem residencium, presenciam veniens personaliter generosus Nicolaus Grzymala, procurator eiusdem serenissimi domini Regis Kazimiri, super generosas dominas Katherinam, consortem strenui Andree de Senno, et Elizabeth, sorores germanas, heredes de Gologory [1],

1) Gołogóry miasteczko w złoczowskim powiecie.

iuxta citacionem proposuit pro eo, quia fate domine in villa Zloczow theolonea exquisita et insolita non privilegiata in emptoribus et mercatoribus recipiunt violenter in gravamen eorum et preiudicium Regium, sibi eadem sine consensu et voluntate Regie maiestatis statuendo et creando, subiungens se idem Grzymala se velle docere mercatoribus et emptoribus illis, a quibus exegerunt et receperunt. Et si aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato serenissimo domino Rege, domino nostro graciosissimo, aut antecessoribus sue serenitatis se pretenderent habere, ut coram iure reponerent. A quibus stans nobilis Sigismundus Kalysschensky, tamquam procurator, cum sufficienti procuratorio dixit, quia domine prefate super dicta theolonea nullum ius habent nec ipsa recipiunt. Super que Grzymala, prefatus procurator Regius, memoriale posuit. Nos vero, exauditis huiusmodi proposicionibus et responsionibus, perpendentes, quia predicte domine Gologorskye super dicta theolonea nulla iura habent, ipsis pro exaccione et extorsione theoloneorum predictorum silencium perpetuum imposuimus et presentibus imponimus, sentencia nostra diffinitiva mediante, et memoriale per ipsum Grzymala positum recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli in iure Regie maiestatis Sabato proximo post festum solempnis Pasce anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem reverendissimo in Christo, patre domino et domino Gregorio Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi necnon magnificis generosisque dominis Stanislao de Ostrorog Calyssyensi, Stanislao de Chotecz Russie, Michaele Muzilo de Buczacz Podolie Palatinis, Iohanne de Rithwyany Generali Marschalko venerabilique Alberto de Zichlyn Vicecancellario Regni Polonie, Dobeslao de Vischnycze Lublinensi, Dobeslao de Zyravicza Premisliensi Castellanis, Raphaele de Iaroslaw Leopoliensi, Paulo Iassyensky Chelmensi et Belzensi Capitaneis, Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka de Pomorzany Vexillifero, Iohanne Chodorowsky Dapifero, Iohanne Culikowsky Subdapifero, Iacobo Romanowsky Subpincerna Leopoliensibus et aliis circa premissa testibus fide dignis quam pluribus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 230. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, z tych jedna sędziego przedstawia odcisk herbu Hołobok, druga podsędka przedstawia odcisk herbu Odrowąż.

XC.

We Lwowie 8. Kwietnia 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy mimo skargi prokuratora królewskiego Mikołaja Grzymały przyznają Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu, prawo pobierania cła w mieście jego Dunajowie.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wysokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris*, presencium noticiam habituris, quomodo, dum iudicio serenissimi principis domini et domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Lithwanie, Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, iudicialiter pro tribunali residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum protunc iudicio eodem residencium, presenciam veniens personaliter generosus Nicolaus Grzymala, procurator eiusdem serenissimi domini Regis Kazimiri, super reverendissimum in Christo patrem dominum et dominum Gregorium Dei gracia archiepiscopum Leopoliensem iuxta citacionem proposuit pro eo, quia ipse in opido suo dicto Dunayow [1]) theolonea exquisita et insolita non privilegiata in emptoribus et mercatoribus in gravamen eorum et preiudicium Regium exigit et violenter recipit, sibi eadem solusmet sine consensu et voluntate Regie maiestatis statuendo et creando, subiungens se idem Grzymala velle docere mercatoribus et emptoribus illis, a quibus exegit et recepit. Et si aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato serenissimo domino Rege, domino nostro graciosissimo, se pretenderet habere, ut coram iure reponeret. Qui quidem dominus archiepiscopus, personaliter coram iudicio comparens, dixit: domini, de eisdem theoloneis ego non plus recipio solum tantum, quantum iura mea ostendunt; que iura coram eodem iure super eadem theolonea reproduxit. Nosque eadem lecta exaudientes eaque in omnibus punctis sana et sufficiencia esse perpendentes, ipsum dominum archiepiscopum penes eadem iura sua remansimus, decrevimus tamen et sentenciavimus, sentencia nostra diffinitiva mediante, ut de dictis theoloneis non plus recipiat solum tantum, quantum sua iura monstrant, perpetuis temporibus. Super quo ipse Grzymala, procurator Regius, memoriale posuit

1) Dunajów miasteczko w powiecie przemyślańskim do rz. k. arcybiskupstwa należące.

et post posicionem memorialis idem procurator Grzymala petivit sibi decerni, quomodo ipse dominus archiepiscopus negacionem recepcionis theolonei, quod recipiebat magis quam iura sua ostendebant, evadere deberet. Et quia maiestas Regia ipsum dominum archiepiscopum pro recepcione predicti theolonei preterita emisit de iuramento, prout sibi domino archiepiscopo iurare decretum fuerat, ergo pro emissione iuramenti sibi domino archiepiscopo evasionem decrevimus. Ad que ipse dominus archiepiscopus memoriale posuit. Nos vero videlicet primum memoriale per Nicolaum Grzymala et secundum per dominum archiepiscopum positum recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli in iure Regie maiestatis Sabato proximo post festum solempnis Pasce anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem magnificis, venerabili et generosis dominis Stanislao de Ostrorog Calyssyensi, Stanislao de Chotecz Russie, Michaele Muzilo de Buczacz Podolie Palatinis, Iohanne de Rythwyany Generali Marschalko, Alberto de Zychlyn Vicecancellario Regni Polonie. Dobeslao de Vischnycze Lublinensi, Dobeslao de Zyravicza Premisliensi Castellanis, Raphaele de Iaroslaw Leopoliensi, Paulo Iassyensky Chelmensi et Belzensi Capitaneis, Georgio Strumilo Succamerario, Iohanne Swynka de Pomorzany Vexillifero, Iohanne Chodorowsky Dapifero, Iohanne Kulykowsky Subdapifero, Iacobo Romanowsky Subpincerna Leopoliensibus et aliis circa premissa testibus fidedignis quam pluribus.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 228. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, z tych pierwsza sędziego przedstawia odcisk herbu Holobok, druga podsędka odcisk herbu Odrowąż.

XCI.

We Lwowie 10. Kwietnia 1469 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy na skargę prokuratora królewskiego Mikołaja Grzymały odsądzają Jana Jurę z Ostrowa, wojskiego trembowelskiego, od prawa pobierania cła w części wsi Malechowa do niego należącej.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wysokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo, dum iudicio serenissimi principis domini et domini Kazimiri Dei gracia Regis Polonie, magni ducis Lithwanie,

Russie Prussieque domini et heredis etc., domini nostri graciosissimi, iudicialiter pro tribunali residebamus, tandem ad nostram et aliorum dominorum infrascriptorum, nobiscum protunc eodem *(iudicio)* residencium, presenciam veniens personaliter generosus Nicolaus Grzymala, procurator eiusdem serenissimi principis domini Regis Polonie Kazimiri, super generosum Iohannem Iura de Ostrow, tribunum Trebowliensem, iuxta citacionem proposuit pro eo, quia ipse in villa Malechow [1]) partis sue theolonea exquisita et inusitata non privilegiata in emptoribus et mercatoribus exegit [2]) et recepit violenter in gravamen eorum et preiudicium Regium, sibi eadem solusmet sine consensu et voluntate Regie maiestatis statuendo et creando, subiungens se idem Grzymala velle docere mercatoribus et emptoribus illis, a quibus exegit et recepit. Et si se aliquas literas super huiusmodi theolonea exigenda a prefato domino Rege, domino nostro graciosissimo, aut antecessoribus sue serenitatis se pretenderet habere, ut coram iure reponeret. Ex adverso stans prefatus Iohannes Iura respondit, quod super huiusmodi theolonea exigenda nullum ius se habere pretendit nec ipsa habet, nec unquam recipiebat. Super quod procurator Regius prefatus Nicolaus Grzymala memoriale posuit. Et post posicionem memorialis idem procurator petivit sibi decerni, quomodo ipse Iohannes Iura negacionem recepcionis theolonei huiusmodi evadere deberet. Quare nos, exauditis hicinde huiusmodi propositionibus et responsionibus, negacione habita et exaudita, sibi Iohanni Iura amplius pro exaccione et extorsione theoloneorum predictorum in villa Malechow silencium perpetuum imposuimus presentibusque imponimus, sentencia diffinitiva mediante, et memoriale per ipsum Grzymala positum recepimus. Et quia maiestas Regia ipsum Iohannem Iura pro recepcione predicti theolonei preterita emisit de iuramento, prout sibi Iura iurare decretum fuerat cum testibus, ergo pro emissione iuramenti sibi Iura evasionem decrevimus. Ad que ipse Iura memoriale posuit, quod nos suscepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Leopoli in iure Regie maiestatis feria secunda proxima post festum Conductum Pasce anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem reverendissmo in Christo patre et domino Gregorio Dei gracia Archiepiscopo Leopoliensi necnon magnificis, venerabili et generosis dominis Stanislao de Ostrorog Calyssyensi, Stanislao de Chotecz Russie Palatinis, Iohanne de Rythwyany Generali Marschalko, Alberto de Zichlyn Vicecancellario Regni Polonie, Dobeslao de Vischnycze Lublinensi, Dobeslao de Zyravicza Premisliensi Castellanis, Raphaele de Iaroslaw Leopoliensi, Paulo Iassyensky Chelmensi et Belzensi Capitaneis, Georgio Strumilo Succamerario,

1) Malechów wieś w powiecie lwowskim.
2) Wyraz ten pisarz dwa razy napisal.

Iohanne Swynka de Pomorzany Vexillifero, Iohanne Chodorowsky Dapifero, Iohanne Kulykowsky Subdapifero, Iacobo Romanowsky Subpincerna Leopoliensibus et aliis circa premissa testibus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa Nr. 232. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci, z których pierwsza sędziego przedstawia odcisk herbu Holobok, druga podsędka odcisk herbu Odrowąż.

XCII.

W Gródku 12. Kwietnia 1469 r.

Kazimierz Jagiellończyk zatwierdza Fiedora Szeptyckiego i wnuków jego Fiedora Hliba i Sienka w posiadaniu dóbr Szeptyc, Kanafost z monastyrem św. Onufrego i Woszczanic.

Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, magnus dux Lithuaniae, Russiae Prussiaeque dominus et heres significamus tenore praesentium, quibus expedit universis, quomodo nostrae maiestati per nobilem Phiedor de Sczepticze suo et nobilium Phiedor Hlib et Szienko germanorum nepotum suorum nominibus oblata petitio continebat, quatenus ipsos in possessione villarum Sczepticze praefatae et Canofostae [1]) cum monasterio Onofri in Samboriensi et Vosczenicza in Premisliensi districtibus consistentium, iuxta litteram praeclari principis domini Leonis ducis Russiae praedecessoribus ipsorum datam et concessam, conservare dignaremur. Nos itaque peticionibus eorundem maiestati nostre humiliter oblatis benigniter acclinati, ipsos in possessione memoratarum villarum reliquimus et remansimus relinquimusque, remansimus et conservamus tenore praesentium mediante, per ipsos saepefatas villas cum omnibus ipsarum censibus, proventibus, fructibus, usibus, redditibus, usufructibus, agris, pratis, campis, hortis, silvis, borris, nemoribus, mericis, mellificiis, lacubus, piscinis, molendinis, aquis, earum decursibus et generaliter cum omnibus attinentiis, pertinentiis et obventionibus universis ad ipsas villas quomodolibet et ab antiquo spectantibus, ita prout easdem a multis temporibus in hactenus tenuerunt et possederunt, tenendum, habendum, utifruendum et possidendum pacifice et quiete. In cuius rei testimonium sigillum

---

1) Tak w potwierdzeniu Zygmunta Augusta, w potwierdzeniu Stefana Batorego: *Kalnofosty*. Kanafosty wieś w powiecie rudeckim. W tymże samym powiecie Szeptyce i Woszczańce.

nostrum praesentibus est subappensum. Datum in Grodek feria quarta post Dominicam Conductus Paschae anno domini M°CCCC°LXIX°.

Relatio venerabilis Alberti de Zichlin, Regni Poloniae Vicecancellarii.

Dokument ten potwierdził na prośbę „*Nobilium Stanislai Broniewski heredis villarum Voszczanicza et medietatis Catinofost Cusmaeque et Iassii Sczepticzkich Rutenorum possessorum hereditariorum villarum Sczepticze, monaster Onofri et alterius medietatis Catinofosti*“ król Zygmunt August w Piotrkowie *Sabbato ante festum sancti Valentini proximo* (13. Lutego) 1552. Potwierdzenie to znajduje się w odpisie w Aktach Metryki Koronnej w Warszawie ks. nr. 80. karta 110. Dalej potwierdził ten dokument król Stefan Batory w Warszawie 2. Listopada 1582 r. Potwierdzenie to oblatowano w grodzie lwowskim *feria secunda post festum s. Petri in vinculis* (3. Sierpnia) 1750 r. *Acta castrensia Leopoliensia relationum 560. pag. 2198.*

XCIII.

W Krakowie 15. Maja 1469 r.

Kazimierz Jagiellończyk zapisuje Zygmuntowi z Jagielnicy, sędziemu kamienieckiemu, sto dwie i pół grzywny na dobrach Laskowcach, w powiecie kamienieckim położonych.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc., significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo instantibus peticionibus nobilis Conradi, tribuni Haliciensis et civis Leopoliensis, nostri fidelis dilecti, permoti annuentes, nostre maiestati pro generoso Sigismundo de Iegelnicza, iudice Cameneczensi, porrectis, eidem Sigismundo quadraginta marcas peccuniarum in et super bonis nostris Conczaly, nostris aliis literis inscriptas, necnon sexaginta et duas cum media marcas peccuniarum communiter in regno nostro currencium, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, sibi Sigismundo in certis nostris literis, quittacione non extradita, datas et designatas transferentes in et super bonis nostris regalibus videlicet villa Lesztkowcze [1]) in terra et districtu Cameneczensi super fluvio Zwancza sita, huiusmodi summam peccuniarum videlicet centum et duas cum media marcas peccuniarum monete et numeri permissorum (*sic*) inscripsimus, demonstravimus, dedimus et donavimus, inscribimusque, demonstramus, damus et donamus ac transferimus, tenore presencium mediante, per ipsum Sigismundum de Iegielnicza et suos legittimos

---

1) Dzisiaj Laskowce wieś w powiecie czortkowskim.

cum omnibus et singulis censibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, campis, pascuis, nemoribus, indaginibus, mellificiis, stagnis, lacubus, fluviis, fluminibus, piscinis, piscaturis, silvis, borris, gaiis, aquis et earum decursibus, molendinis et eorum emolimentis aliisque pertinenciis, attinenciis, dependenciis, adherenciis et obvencionibus generaliter universis, ad huiusmodi villam quomodolibet pertinentibus et spectantibus, quibuscunque censeantur nominibus, tenendum, habendum, utifruendum, pacifice et quiete possidendum tamdiu, quoad usque huiusmodi centum duas cum media marcas superius scriptas sibi aut suis legittimis successoribus per nosmet aut nostros successores exolverimus; quibus solutis, possessio iam dictorum bonorum ad nos et ad nostros successores redibit et revolvetur pleno iure, iuribus tamen nostris regalibus et stacionibus semper per omnia salvis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum Cracouie feria secunda infra octavas Ascensionis Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Relatio venerabilis Alberti de Zichlin, Regni Polonie Vicecancellarii.

Na zagiętce: *Lectum per Albertum de Zichlin*, *Regni Polonie Vicecancellarium.* Na odwrotnej stronie dwa późniejsze napisy, podające treść dokumentu. Dokument oryginalny na pergaminie, dobrze zachowany. Pieczęć wraz ze sznurem oderwana. Własność zakładu nar. im. Ossolińskich nr. 545.

XCIV.

W Próchniku 11. Czerwca 1469 r.

Mikołaj, biskup kamieniecki, Jan z Rozborza, podczaszy ziemi przemyskiej, i Jan Miąsik, dziedzice Próchnika, wyposażają kościół parafialny w Próchniku, odnawiając tylko wyposażenie, jakie przodek ich Leszek temuż kościołowi uczynił.

(I)N nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Nicolaus Dei gracia episcopus Kamyenyecensis, Iohannes de Rosborz subpincerna terre Premisliensis, Iohannes Myaszik, heredes de Prochnik, notum facimus universis, quod mente sana et bona deliberacione in salutem et salubre remedium animarum nostrarum nostrorumque legittimorum eclesiam parrochialem in opido nostro Prochnyk ad laudem et gloriam Dei omnipotentis eiusque matris gloriose virginis Marie, omnium sanctorum et sancti Nicolai confessoris gloriosi erigimus et fundamus, prout et antea per predecessorem nostrum generosum

Lestko [1]) fuit fundata et erecta, cui itaque eclesie damus, assignamus et incorporamus decimas manipulares in prediis nostris in suburbio et villis nostris, in villis Rozborz, Czudouicze, Rzepłyn post excrescencias alias obszari in Havlovicze, in districtu Prochnyk iacentibus. Item alterum dimidium laneum agri, qui ager habere debet plenam et sufficientem longitudinem, que vulgariter dicitur dlye (*sic*), secundum modum et consuetudinem agrorum. Item pratum situm penes fines agrorum civilium, piscinas duas prope idem opidum situatas. Insuper missalia aliaque iura eclesie in villis nostris Rosborz, Tuligov, Tuschova Vola, in Parvo Tuliczow, Havlouicze, Czudouicze, Rzeplyn, Prosnov [2]) et in suburbio dicti opidi Prochnyk, dicte eclesie parrochiali et rectoribus pro tempore existentibus damus et incorporamus, hoc excepto, quod cmethones in Havlouicze in parte domini Iohannis Rosborsky quatuor truncos siliginis, totidem avene rectori dicte ecclesie in Prochnyk annis singulis solvere tenebuntur. Damus eciam et incorporamus eclesie prenominate et rectoribus eiusdem eclesie pro tempore existentibus maccellas carnificum in dicto opido nostro Prochnyk cum omni iure et possessione, de quibus quidem maccellis quinque mercas (*sic*) comunis pecunie numeri et monete Polonicalium, quadraginta octo grossos in quamlibet mercam (*sic*) computando, et tercium dimidium lapidem de sepo singulis annis super festum sancti Martini confessoris rectores eclesie predicte in Prochnyk levare et percipere debebunt perpetuis temporibus et in evum racione tercie mensure emolimentorum, quam rectores eclesie prenominate de molendino nostro in prefato opido Prochnik habuerunt, quam terciam mensuram emolimentorum rectores prefate eclesie de ipso molendino recipere non debebunt perpetue et in evum. Intuitu autem nostre huiusmodi donacionis honorabilis Iacobus, predicte eclesie in Prochnyk rector modernus, ipsiusque successores legittimi pro tempore existentes duas missas, unam pro defunctis feria secunda et aliam de beata Maria Virgine gloriosa sabbatho singulis septimanis per se aut per alios legere et complere in eclesia eadem tenebuntur et debebunt. Ut autem donacio nostra huiusmodi rata semper maneat atque firma, literam presentem sive privilegium nostrorum sigillorum munimine consignavimus et roboravimus. Actum et datum in Prochnyk die dominico post octavas Corporis Cristi proximo anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem honorabilibus et generosis Vincencio de Pantelouicze, Nicolao de Rokithnicza [3]) eclesiarum parochialium Rectoribus, Nicolao Vicario de Prochnyk,

1) Można by także czytać *Kestko.*

2) Pruchnik miasteczko w powiecie jarosławskim. Rozborz, Rzeplin, Czudowice, Hawłowice, Prosniów, Tuligłowy wsie w pobliżu Pruchnika. Małego Tuliczowa i Woli Tuszowej nie można było odszukać. Co do Tuliczowa porównaj tom V. nr. 147.

3) Pantalowice i Rokietnica wsie w pobliżu Pruchnika.

Sigmutiso (*sic*) Ptaczek de Czeslouicze, Mathia de Pantelouicze heredibus et aliis quampluribus fidedignis testibus circa premissa.

Oryginał pergaminowy dość czytelnie i jednostajnie pisany znajduje się w archiwum pana Antoniego Sznajdera. Na paskach pergaminowych zawieszone były trzy pieczęci które z czasem odpadły, pozostały tylko paski.

Na odwrotnej stronie obok małoznaczących napisów: *Premisliae in iudicio Caesareo Regio terrestri in terminis iudicii eiusdem feria sexta in Vigilia festi Nativitatis Iohannis Baptistae die vigesima tertia mensis Iunii anno domini 1780 ad personalem oblacionem admodum reverendi Gabrielis Ozegiewicz ecclesiae Prochnicensis vicarii provisi, introcontentum privilegium ecclesiae Prochnicensi serviens, iudicium terrestre Premisliense suscepit et actis suis inducere demandavit.*

XCV.

W polu między Zimnem a Hopkiem 26. Czerwca 1469 r.

Czambor z Łykoszyna, podkomorzy ziemi bełzkiej, rozgranicza wsie Zimno i Hopkie w ziemi bełzkiej.

Nos Czamborius de Likoschin, succamerarius terre Belzensis, significamus tenore presencium tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quibus expedit universis, quomodo, dum et quando ad limitacionem granicierum inter hereditates Zempno et Hobkye [1]) errigendas, sipandas et faciendas per magnificum dominum Sigismundum de Vhnow [2]) palatinum terre Belzensis et generosum Nicolaum Wolczek de Grodek heredem vocati fueramus, tandem ex consensu ambarum parcium ex iure officii nostri inter suprascriptas hereditates granicies sipavimus et limitavimus tali modo, quia ministerialis de Ceblow dictus Pachol iuxta iurisformam circa primos angulares et ultimos scopulos, vulgariter Copcze y wakyelnycze, prima, secunda, tercia et quarta vicibus proclamavit dicens: „Granicies sipantur inter hereditates Zempno domini Sigismundi de Vhnow palatini Belzensis et Hobkye domini Nicolai Wolczek, si quis contra illas vellet dicere vel agere nuc (*sic*) dicat et agat“: vicinique utriusque parietis tam prime quam ultime ibidem presentes aderant, nichil eisdem graniciebus contradicentes sed consencientes, incepcio itaque predictarum granicierum sic facta est: nam circa vadum seu piscinam dictam Makarowstaw ex utraque parte vie angulares scopuli sunt sipati, que via pro veris graniciebus est

1) Łykoszyn, Zimno i Hopkie w królestwie kongresowem powiecie tomaszowskim.
2) Uhnów miasteczko w Galicyi w powiecie rawskim, w dawnej ziemi bełzkiej.

tenenda inter illas hereditates tam longe, quam longe predicti scopuli ex utraque parte illius vie sipati sunt; deinde obmissa via ad pratum dictum Smvk granicies seu scopuli usque ad viam tendentem de molendino ville Zempno in villam Grodek [1]), deindeque duo scopuli ex utraque parte vie sipati sunt, de illaque via iterum ad partem sinistram per unum scopulum, non remote illius vie scopuli sipati sunt, de monte descendendo usque ad vallem et ad parietem hereditatis Pyenyany ibique ultimus angularis scopulus est sipatus, sicque predicte granicies sunt finite, sipate, diffinite et errecte et debent habere robur perpetue firmitatis perpetualiter et teneri; ad sinistram itaque partem ad villam Zempno spectabit eviterne et ad dextram ad villam Hobkye pertinebit perpetualiter; suprascripteque partes magnificus videlicet Sigismundus de Vhnow, palatinus terre Belzensis, et generosus Nicolaus Wolczek de Grodek mutuo se inscripserunt pro predictis graniciebus se tueri et protegere a qualibet persona iuxta iurisformam. Ad cuius evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Acta sunt hec et data in convencione granicierum in campo inter predictas hereditates Zempno et Hobkye feria secunda proxima post festum Nativitatis sancti Iohannis Baptiste anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem magnifico et generosis dominis Dobeslao de Byschow alias de Stanyathin Castellano Belzensi, Nyemyerza de Nyeborow vel Morathin Succamerario Vischegrodiensi, Nicolao Sbroszek de Sirniky Tribuno Belzensi, Venceslao de Pvkorzow, Iacobo de Polodow [2]) et Bartholomeo de Corczow [3]) ac aliis quam pluribus fidedignis.

Oryginał na pięknym pergaminie nadzwyczaj symetrycznie i starannie pisany znajduje się w posiadaniu JW. Edwarda Xawerego hr. Fredry. Na pasku pergaminowym zawieszona była pieczęć, której dziś już nie ma. Na odwrotnej stronie znacznie późniejszą ręką napisano: Litere graniciales inter bona Ziemno et Hopkie in terra Belzensi.

XCVI.

Na granicy pomiędzy Zimnem i Pienianami 26. Czerwca 1469 r.

Czambor z Łykoszyna, podkomorzy ziemi bełzkiej, oznacza granice pomiędzy dobrami Zimno i Pieniany.

Nos Czamborius de Lykoschin, succamerarius terre Belzensis, significamus tenore presentium tam presentibus quam futuris, presentium notitiam habituris, quibus expedit universis, quomodo, dum et quando ad limitationem granicierum inter hereditates Zempno

1) Gródek w królestwie kongresowem powiecie tomaszowskim.

2) Steniatyn, Moratyn, Żerniki, Pukorzów, Podlodów wsie w królestwie kongresowem, dawnej ziemi bełzkiej, dzisiejszym powiecie tomaszowskim.

3) Korczów w pobliżu Uhnowa w Galicyi powiecie rawskim, dawnej ziemi bełzkiej.

et Pyenyany errigendas, sipandas et faciendas per magnificum dominum Sigismundum de Vhnow, palatinum terre Belzensis, et nobilem Prandotham Wolczek de Pyenyany [1]) heredem vocati fueramus, tandem ex consensu ambarum partium ex iure officii nostri inter suprascriptas hereditates granicies sipavimus et limitavimus tali modo, quia ministerialis de Ceblow dictus Pachol iuxta iurisformam circa primos angulares et ultimos scopulos, vulgariter Copcze y wakyelnycze, prima, secunda, tertia et quarta vicibus proclamavit, dicens: „Granicies sipantur inter hereditates Zempno domini Sigismundi de Vhnow, palatini Belzensis, et Pyenyany domini Prandothe Wolczek, si quis contra illas vellet dicere vel agere nuc (*sic*) dicat et agat"; vicinique utriusque parietis tam prime quam ultime ibidem presentes aderant, nichil equidem graniciebus contradicentes sed consentientes. Inceptio itaque predictarum granitierum sic facta est: quod a pariete hereditatis Pyenyany ville, vulgariter dolem, recto processu sipati sunt scopuli usque ad lutum dictum Ruthka, ibique in sumitate alias Navyrzchovyszkv illius luti Ruthka ultimus scopulus sipatus est. In illoque luto Ruthka scopuli ultra non potuerunt sipari propter laxationem luti, sed vllud (*sic*) lutum ex utraque parte supradictarum hereditatum mediat et dividit illas hereditates usque ad fluvium dictum Hvczew, [2]) sicque medietas illius luti ad Zempno ad sinistram partem et medietas altera ad dextram partem ad hereditatem Pyenyany spectare debet et pertinere. Que granicies sic, ut supradictum est, sipate, facte et errecte et inscripte robur perpetue firmitatis in evum et perpetualiter debent optinere (*sic*), suprascripteque partes, magnificus videlicet dominus Sigismundus de Vhnow, palatinus terre Belzensis, et nobilis Prandotha Wolczek de Pyenyany mutue se inscripserunt pro predictis granitiebus se tueri et protegere a qualibet persona iuxta iuris formam. Ad cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum. Acta sunt hec et data in conventione granitierum in campo inter predictas hereditates videlicet Zempno et Pyenyany feria secunda proxima post festum nativitatis sancti Iohannis Baptiste anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, presentibus ibidem magnifico et generosis dominis Dobeslao de Byszow alias de Stanythin Castellano Belzensi, Nyemyerza de Nyeborow vel Morathin Succamerario Vischegrodiensi, Nicolao Sbroszek de Sirniky Tribuno Belzensi, Venceslao de Pvkarzow, Iacobo de Polodow et Bartholomeo de Corczow, ac aliis quam pluribus fidedignis.

Oryginał pergaminowy dobrze zachowany i bardzo starannie pisany, u dołu z pergaminowym paskiem, na którym była niegdyś zawieszona pieczęć, znajduje się obecnie w posiadaniu JW. Edwarda Xawerego hr. Fredry.

---

1) Pieniany w królestwie kongresowem, w powiecie tomaszowskim. Wszystkie inne miejscowości tutaj wymienione objaśniono już przy poprzednim dokumencie. 2) Huczwa rzeczka.

XCVII.

We Lwowie 19. Marca 1470 r.

Rajcy miasta Lwowa potwierdzają ustawy cechu kuśnierskiego.

Wir . . Ratmanne Der Stat Lemborg Bekennen Offinbarlichin Myt Laute Dises Briffes allen und itczlichen, den is czemet vnd geböret, Das vor vnsern gesessen Rath komen ist dy Erber Czeche der korsner vnser Stat Lemborg, vnd hot vns gebeten, das wir dy vnden geschrebin stucke, artikel vnd gesecze, der sy manche czeit ir czechen czu fromen vnd czu noteze erberlichen gebrawchet haben, En bestetigen, vorwaren vnd mit vnserem briffe befestin vnd vorsichern sulden. Welche stucke, artikel vnd gesecze hernoch volgen yn dezen worten: Das irste ist, Wenne eyn meister mit en czeche wil haben vnd dy gewinnet, so zal her nederlegin eynen reusesehen firdung vnd czwene besmer wachs vnd sal den Meistern eyn essen machen vnd zal czwelff smale groschen vm trank nederlegen. Das ander ist, Wenne dy meister ömme besant werden, das sy czu sammen geen sulden, welcher denne noch der selben besendunge nichten kömpt, der zal vorbussin czwene smale groschen. Das dritte ist, Wer dy heimlichkeit offenbart, dy geschit yn der morgensproche, des man ynne wirt, der sal czu busse czwene besmer wachs geben. Das firde ist. Welch meister entfremdit dem andern seyn gesinde, der sal eynen steyn wachs geben. Das fumffte ist, App eyme meister czu erbten wurde gegebin vnd das also wurde gemacht, das clage ober en qweme, das sal dy czeche vnder en richten. Das Zechste ist, Wenne eyn knecht dynet seynem hern eyn firtel Iar, So sal em seyn herre machen eyn gewant, Is das her dynet eyn halb iar, so sal em seyn meister machen czwee gewant, Is das her em dynet drey firtel iar, so zal her em drey gewant machen, Is das her em dynet eyn iar, so sal her em fyr gewant machen; leeth eyn meister seyme gesynde ober das icht mee machen, das man is enne wirt, Zo sal der meister eynen halben steyn wachs yn dy czeche geben. Das sebende ist, Wenne eyn knecht von seynes selbens willen feyerth den montag, so zal her dy gancze woche feyern; Is das der meister ober das en leth yn derselben wochen erbten, so sal der meister der czechen gebin czwene bezmer wachs; ffeyert denne eyn knecht eynen werktag ader eynen halben yn der wochen, so zal man is em appsloen an seynen wochlone. Das achte ist, Wenne Imant czu eyme meister brengit von zawer war, das do gegerbit ader gebeist zey, is zey welcherley is zay, das sal her nicht vorerbeten, her sal is den meistern vor konth thuen Vnd wer das vorsweigit, vnd nicht offenbaret, der zal der Czechen geben czwene bezmer wachs. Das Newnde, Wenne dy

meister bezant werden durch beleytunge eyner leichen czu grabe vnd welcher derczu nichten kompt, vnd nicht geeth czu dem selbigen meister yn das haws, do dy leiche ynne ist, der sal der czechen geben eynen halben bezmer wachs. Das Czende ist, Wenne eynen meister icht wirt gegeben czu erbeten, is zey, welcherley is zey, das selbe sal her erbeten vnd machen czu em do heyme yn seyner werkstat vnd nicht anderswo, vnd wer des nichten hilde, der sal der czechen geben eynen bezmer wachs. Das Eylfte ist, wenne eyner yn eyner morgensproche frewelrede vnd scheltwort furte ader redete, der zal der czechen geben eynen halben steyn wachs. Das czwelfte ist, Wenne eyn meister vor der czechen beclagit wirt vmber schulde vnd her der schulde bekennet vnd glöbit vor der czeche, die off eynen benanten tag vnvorczoglichen czu beczalen, vnd die nicht beczalete off den selbigen tag, dem sal man dy erbet nederlegen, also lange bis das her yeme beczalit. Das dreyczende ist, Wen eyn gebot von vns Ratmannen wirt ausgegebin, also das dy Czechmeister vnd andere meister czu sammene geen durch des selben gebotis willen, vnd welcher denne nichten kömpt, der sal der czechen geben eynen bezmer wachs. Item dy czwene iungsten meister sullen dy kerczen entczunden vnd wen eyn iungster kompt, so sal der eldiste vnder den czween abetreten vnd der iungste sal dy kerczen ausleschen. Auch sullen die Reussen der Czechen alle recht thuen vnd halden, als oben beschreben stet, zunder ausgeslossen die beygraft, also das sy czu vnsir Cristenlichen beigraft, vnd dy czeche czu erer reuseschen beigraft, nisnichten haben sullen. Auch sal man keynen reussen, weder keynen vnkristen czu Czechmeister kyzen. Vnd an des heiligen leichnams tage sullen sy bey den kerczen seyn, und hantreichen dy weile man das amecht begeet. So habe wir off der obgenanten erber czechen unsir korsner bete als mogliche, czemliche vnd beqweme, dy egenante eris hantwerkis gewonheit, stucke, artikeln und gesecze yn aller weise, als sy oben belawth zeynt, bestetiget, bewerit vnd befestiget, vnd bestetigen, beweren vnd befestigen mit laute vnd yn kraft desis briffes, das dy egenante erber czeche derselbin stucke vnd artikel stark, mechtig vnd vnforserlich sal gebrauchen ir czu eren vnd czu notcze Vnsir Stat rechte vnschedlich. Des czu hocher sicherheit habe wir unsirs Ratamptis Ingesegil an desen briff lossin hengin. Gegebin am montage vor Sinte Benedicten tag der Iarczal vnser lieben hern MCCCC vnd zebenczig Iar. Per manus Georgii Göbel huius alme civitatis Notarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 223. Na pasku pergaminowym zawieszona na ciemnozielonym wosku wyciśnięta już tylokrotnie opisywana pieczęć rajców lwowskich.

XCVIII.

W Malechowie 3. Lutego 1471 r.

Jan Jura z Malechowa poleca Stanisława, syna Jana z Rohatyna, kleryka Grzegorzowi z Sanoka, arcybiskupowi lwowskiemu, prosząc go, aby tegoż Stanisława dopuścił do wyższych święceń i obowiązując się, że o utrzymanie jego i o przyszłe beneficium starać się będzie.

Reverendissimo in Cristo patri et domino domino Gregorio, Dei gratia Sancte Ecclesie Metropolitane Leopoliensis archiepiscopo, Iohannes Iura de Malechow. Reverendissime in Cristo pater et domine domine domine (*sic*) dignissime. Quia deo inspirante discretus Stanislaus, filius pii recordaminis Iohannis de Rohatyn, in moribus constitutus cordinibus (*sic*), ostensor presencium, postpositis huius mundi blandiciis, optimam sibi volens eligere partem, ad sacros clericorum ordines maiores totis viribus cupit promoveri, propter quod nobis affectanter supplicavit, ut sibi liceat ad nostram provisionem predictos sacros clericorum ordines adipisci, nos vero, attenta ipsius devocione diligenti, paternitati vestre supplicamus, quatinus dictum clericum Stanislaum vita, sciencia et moribus preclaris ad omnes sacros clericorum ordines acceptare, promoveri dignemini graciose. Cui quidem Stanislao promittimus et presentibus obligamur de victu et amictu ac aliis vite necessariis competentibus atque ecclesiastico beneficio providere. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum. Datum in Malechow [1]) die dominico post festum Purificacionis Marie Virginis proximo anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Oryginał pergaminowy w archiwum miata Lwowa nr. 234. Na pasku pergaminowym zawieszona na ciemnozielonym wosku wyciśnięta pieczęć Jana Jury z Malechowa z odciskiem herbu Odrowąż.

1) Malechów wieś w powiecie lwowskim.

XCIX.

W Przemyślu 19. Kwietnia 1471 r.

Wójt i rajcy miasta Przemyśla potwierdzają statuta kowalów przemyskich.

In Nomine Domini et sancte individue Trinitatis Amen. Quoniam humana memoria eternitati non comensuratur, expedit igitur, ut ea, que fuerint in humanis negociis, ad perpetuitatis ratitudinem deducantur, ne lapsu temporis evanescant. Proinde nos Nicolaus de Balicze advocatus hereditarius, Iohannes alias Ienek preconsul, Sworcz Hannus, Michael Hanusz Kramazowycz et Mathias sartor consules novi anni presentis, ac Stanislaus sutor, Paulus carnifex, Andreas Hanczlowycz, Clemens cantor et Franciscus sutor ac Iohanuns carnifex antiqui consules Premislienses, significamus tenore presencium universis, presentibus et futuris, quomodo coram nobis pro tribunali pleno in consulatu presidencium (*sic*) constituti providi viri, videlicet Iacobus Smuda, Petrus Lithfin, Alexander, Stanislaus fabri cum aliis et Blasius et Bartholomeus Panczerna serifices, Szmarz gladifex et Petrus gladifex, magistri artis mehanice fabrice, coram nobis sua per voraginem ignis dampna consumpta eciam et iura ac statuta esse deposuerunt, nobis itaque humiliter suplicarunt, quatenus ex ostensione favoris nostri ipsis iura ac statuta in eorum arte fabrica iuxta modum prius tentum et conservatum confirmaremus et ratificaremus, nosque peticionibus eorum iustis benigniter annuentes et quia eciam iusta petentibus assensus non est denegandus, prout eciam ad officium nostrum hoc ipsum pertinet, ut eo uberius post huiusmodi dampnorum consecucionem civitas nostra et ipsi in ea cum suis artificiis valeant ampliare et augumentare, ipsorum iura, statuta, modos et consuetudines iuxta modum per ipsos prius tentum et habitum perpetue duraturos confirmamus presentibus et confirmantes ratificamus et in evum. Item principaliter statuimus, quod, quando signum seu crux artificii ipsorum a senioribus magistris de czecha eorum ad fratres mittitur, statim post signum ad czecham seu magistros artis eorum venire debet, sed prius signum ad alium fratrem mittendo et hoc quando, cum signum mittitur, in domo inventus fuerit et si non venerit, ille debet dare penam fraternitati ipsorum medium grossum, et si inventus in domo non fuerit, quando signum mittitur prefatum, extunc uxor illius fratris aut familiaris venire debet ad czecham et nunciare magistris, quod non est talis frater in domo, quod si non nunciaverit, ipse debet dare medium grossum pene fraternitati. Statuimus eciam, quando fratres seu magistri in czecham ipsorum convenient, non prius in locum sedere debent, donec prius habita a magistris senioribus licencia, tunc primo cum licencia pote-

rint in locum in czecha eorum sedere, et qui hoc non fecerit, ille debet reponere medium grossum pene fraternitati eorum. Statuimusque, quia nullus fratrum eorum cum armis videlicet cultro, gladio, cutello et forpice ad czecham eorum sine licencia magistrorum eorum ambulare debet et qui contra hoc statutum fecerit, debet reponere medium grossum pene fraternitati eorum. Statuimus insuper, quia nullus senior magister abire prius vias debet, donec in loco alium locaverit, quod si contra hoc statutum fecerit, ipse debet dare grossum latum pene fraternitati. Statuimus eciam, quando novus magister, veniens ab aliunde susceperit hic nobiscum fraternitatem, talis dare debet fraternitati in czecham octuale cervisie et duo talenta cere et in primis in piccarium quatuor [1]) w puszką . . . . [2]) pecunie et quicunque hic artificium edoctus fuerit et magister effectus fuerit, iste dare debet mediam fraternitatem, hoc est medium octuale cerevisie et talentum cere. Statuimus itaque, quandocunque magister aut frater novus hic ad nos venerit et czecham nobiscum habuerit, debet litteram sue conservacionis hic et genelogie et edoctioniis artificii sui portare, que debet exhiberi nobis in czecha, quam litteram cum eo debemus dominis consulibus in pretorio demonstrare sub obediencia duorum consulum et ille frater seu magister debet esse iunior inter magistros et fratres in czecha et servire debet magistris et in ecclesia lumina conspicere fraternitatis, ubi fuerint, et accendere videlicet dominico die et quolibet die sollenni et eadem lumina, videlicet unum magnum aliud parvum, ante elevacionem Corporis Christi in summis missis. Sed iterato in summis festivitatibus, videlicet Pasche festo et sancti Spiritus, Corporis Christi et per octavam Assumpcionis beatissime Virginis Marie, Nativitatis Marie et Nativitatis Christi, prefata lumina magna fraternitatis ipsorum accendere et circumspicere debet, in primis vesperis, in matutinis, in missis matutinis et in summis, sed parvum lumen ante ellevacionem corporis Christi et in secundis vesperis magnum prefatum accendat et cirsumspiciat. Quod si illa non compleverit aut neglexerit, talis dabit pene a lumine magno medium grossum, sed a parvo lumine quatuor denarios. Item statuimus, quando aliquis magister aut frater in fraternitate ipsorum vel uxor fratris mortui erunt, extunc, quando signum de czecha mittetur, omnes fratres in domum mortui convenire sint asstricti et tenentur et cum eo ad sepulturam transire, ex sepelliendo contra cum eo aut ea in domum suam pariter redire et quicunque ad sepulturam post mortuum . . . . . . [3]) non transiret, ille dare tenetur medium talentum cere. Similiter eciam quicunque frater ad offertorium non transiret, quando exequie cantantur, dare debet medium talentum cere fraternitati. Statuimus, quia iuvenis magister debet sepulcrum fodere mortuo

---

1) Wyraz ten inną ręką i atramentem napisany, pierwotnie stało tu prawdopodobnie *vulgariter*.
2) Jeden wyraz wypełznięty.
3) Jeden wyraz nieczytelny.

sub obediencia omnium fratrum, videlicet sub pena medii talenti cere. Item statuimus, quod, quando magister senior mandaverit cuicunque fratri portare feratrum cum mortuo, ille debet portare ad sepulturam sub pena medii grossi. Statuimus eciam, quia, quando feretra vulgariter tegi debent circa exequia, extunc illi duo fratres claves habentes debent ea subiuvare, tegere et lumina accendere cum iuniori magistro et in cistam contra servare cum eo sub pena medii grossi. Statuimus itaque, quod, quando contigerit magistris et fratribus lumina in czecha ipsorum parare aut cervisiam fraternitatis bibere, extunc magister iunior debet eis in czecha eorum servire et cervisiam portare, nec eciam idem iunior magister debet prius cervisiam in fraternitate iniciare, donec prius duo magistri cum eo conspiciant cervisiam prefatam, nec eciam eandem cervisiam refundere vulgariter rostaczacz inutiliter de vase debet nec declinare vas, et quicunque contra hoc fecerit, talis debet hocidem vas cervisia viceversa repleri fratribus. Statuimus eciam, quia nullus magister nec frater fraternitatis ipsorum, cum lumina eorum in fraternitate parantur ac cervisia fraternitatis bibitur, contendere contra aliquem magistrum, fratrem verbo et facto debet nec aliquam facere displicenciam et quis faciens ipsam displicenciam recedere vellet, non debet recedere sine licencia et si contra hoc statutum fecerit, extunc sit asstrictus hoc idem vas cervisia viceversa replere. Statuimus, quod, si quis secreta de czecha eorum revelaverit, talis debet succumbere talentum cere. Statuimus eciam, quod, quando quis magister fraternitatis ipsorum inceperit cui laborem aliquem laborare et finire non posset cito, et ille qui dedit laborare receperit sua et portaret alteri magistro laborare, alter magister illum iniciatum laborem non debet laborare sub pena talenti cere. Statuimus eciam, quod, si idem magister recipiens laborem et cum incipiens non laboraverit, sed in tardacione posuerit illum, qui tenuit tardando, talis eandem penam dabit, videlicet talentum cere. Item statuimus, quia nullus de czecha eorum debet carbones in plateis emere precurendo et emendo nec obstruere, nisi in loco consweto, et qui hoc fecerit, debet succumbere talentum cere. Item statuimus eciam, quod nullus in diebus festivis carbones debet emere ante prandium, sed post prandium, nec in nocte ante diem, nec etiam per posticum sue domus insipare in domum debet obstruendo sub pena talenti cere. Item eciam statuimus, quando quis magister carbones emerit et alter frater, si venerit ad ipsum magistrum, qui emit carbones, et dicti carbones starent adhuc in curru et diceret ille: „Volo tecum frater dividere carbones", extunc de curru deponere cum eo debet et secum dividere sub pena talenti cere. Statuimus, quando quis magister discipulum ad docendum susceperit, talis debet ipsum in proba servare per duas septimanas, si ultra hoc tempus servaverit, debet dare fraternitati medium octuale cervisie et talentum cere. Item (insuper statuimus, quod nullus magister Pollonorum debet servare ac docere discipulum Ruthenorum, hoc

non admittimus nec volumus consentire.)[1] Statuimus quod, quando ferrum ad forum hic adductum fuerit, et aliquis frater ipsum emerit, et alter eciam frater supervenerit, et eum adhuc in curru esse arestaverit, extunc prior emens debet cum alio dividere ferrum prefatum et ipse solvere debet sub pena medii talenti cere. Item statuimus, quia nullus advena laborem ipsorum super eorum laborem hic adducere ad propinandum debet super quodlibet forum, excepto foro annuali, exceptis civibus nostris. Statuimus, quod qui artificium aliquod in eorum fraternitate doctus non fuerit, eundem laborare hominibus non debet solum sibi ipsi pro sua necessitate iuxta suam scienciam, solum gladium aut cultrum possunt reformare fabri vulgariter stoffowacz sub pena medii octualis cervisie et talento cere. Statuimus, quia nullus magister iuvenis sine uxore manere debet ultra annum sub pena octualis cervisie. Statuimus, quod, quando quis ex fratribus ipsorum artificii pro labore cuiuslibet ferri inculpatus fuerit, in czecha eorum debet iustificari et si inculpatus recognoscetur, in duabus septimanis sub pena domini advocati solvere debet, sed si negaverit in czecha et coram advocato recognosceret, extunc penam domino advocato succubet et fraternitati talentum cere. Nichilominus magistri artifices in hys et aliis supernis expressis penis misericordiam suis fratribus ostendere possunt. Que quidem omnia premissa taliter laudata et statuta esse debent rata et firma et inviolabiliter observata perpetue et in evum. In cuius rei testimonium sigillum maius unum authenticum officii nostri consularis et aliud domini advocati nostri superius expressi est subappensum. Actum et datum Premislie feria sexta post festa solemnis Pasche anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Per manus Iohannis Caspar, notarii civitatis, qui presencia scripsit de mandato advocati et consulum civitatis Premisliensis.

Oryginał na ogromnym arkuszu pergaminowym w archiwum miasta Przemyśla. Na sznurkach jedwabnych koloru czerwonego i białego zawieszone dwie pieczęci, z tych pierwsza mała wójta Mikolaja z Balic na ciemnozielonym wosku wyciśnięta tak zatarta, że ani napisu ani znamion rozeznać nie można. Druga o wiele większa, także na ciemnozielonym wosku wyciśnięta, przedstawia na kratkowaném tle kroczącego wielkiego niedźwiedzia, w otoku zaś napis:

† SIGILLV. AVTTENTICVM. CIVITAT. . . . . reszta zniszczona.

1) Słowa w nawias wzięte znajdują się na marginesie obcą ale prawie współczesną ręką napisane z umieszczonym za wyrazem „*item*" krzyżykiem, że na miejsce to należą.

C.

(We Lwowie) 1. Maja 1471 r.

Ławnicy lwowscy poświadczają, że Mikołaj syn Błażeja ksiądz zapisał grunt swój szpitalowi lwowskiemu i wymieniają warunki, pod którymi to uczynił; ławnicy lwowscy zaś z roku 1503 transsumują dokument ten na dniu 10. Maja.

Nos .. scabini civitatis Leopoliensis recognoscimus tenore presentium, quibus expedit universis, quia inscriptio donacionis et cessionis infrascripte in actis nostris scabinalibus continetur, quam nichil addendo nec minuendo, quod substantiam facti mutare aut variare posset, presentibus inserere procuravimus. Cuius inscripcionis tenor de verbo ad verbum fuit et est talis.

Coram nostri expositi baniti iudicii presencia personaliter constitutus honorabilis et discretus dominus Nicolaus Blasii, presbiter, sanus mente et corpore validus, deliberacioneque matura prehabita, hereditatem patrimonii sui, videlicet duos laneos et unum quartale agri inter olim domiui Nicolai Zindrich ab una et Nicolai Temricz, civium nostrorum, laneos partibus ab altera, in suburbio porte Haliciensis sitam et locatam, cum omnibus ortulanorum desuper locatorum censibus et proventibus quibusvis dedit, legavit, consignavit et legitime secundum iuris formam resignavit et de facto possessioni cessit pro infirmaria hospitalis intra muros civitatis nostre sibi ad sustentandum et reficiendum pauperes et infirmos in manus famosorum dominorum consulum Leopoliensium, tutorum et gubernatorum eiusdem hospitalis, per eos et successores eorum ipsam hereditatem pro dicta infirmaria habendam, possidendam, tenendam aut pociores sive similes census per eadem comparatos perpetue et in evum, tali interposita condicione, quod supradicti domini consules prefato domino Nicolao presbitero de eisdem proventibus per provisorem seu procuratorem prefati hospitalis, qui per prefatos dominos consules modo et pro tempore deputatus fuerit, dent et tribuant singulis annis undecim marcas pro sustentacione et nutrimento suo usque ad finem vite sue; postquam autem, Deo propicio, defunctus fuerit, extunc dicti domini consules de pecunia hospitalis tenebuntur dare quinquaginta marcas Polonicales communis pecunie in regno currentis propinquis consanguineis et legitimis successoribus suis. Item quatuor marcas pro ecclesia cathedrali metropolitana, quatuor marcas pro reformacione domus altariste dominorum, pro edificacione domus dominorum canonicorum duas marcas, hec tamen semel sunt danda post obitum ipsius. Item unam sexagenam de censibus supradictis alicui presbitero singulis annis perpetue dent, ut semel

in ebdomada legat missam pro defunctis parentibus ac ipsius domini Nicolai anima in altari, quod erexit honesta domina Agnes Zindrichen pie memorie. Si vero contigerit, quod prefati domini consules poterint invenire census pociores sive similes extra limittes sive granicies civitatis, extunc vendendi prefatam hereditatem alicui civium Leopoliensium plenam habeant facultatem. Casu vero, quod Deus avertat, quo eandem hereditatem legatam per ignis incendium confavillari aut per hostiles insultus aut quosvis alios infortuitos successus destrui, vastari et depopulari contigerit, domini consules ex parte hereditatis vivente dicto domino Nicolao aut post obitum ipsius ad redditus seu fructus aut census, ut superius expressum est, expediendos non debebunt obligari, quoad usque eadem hereditas fuerit viceversa hominibus ortulanis locata et formata, extunc iuxta quantitatem proventus prefate legacioni respondebunt. Actum feria quarta post festum sancti Marci anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium sigillum officii scabinatus nostri presentibus est subappensum. Datum Leopoli feria quarta proxima post festum sancti Stanislai Episcopi et Martiris in Maio anno domini millesimo quingentesimo tertio.

Oryginał pergaminowy transsumtu w archiwum miasta Lwowa nr. 235. Na pasku pergaminowym zawieszona na ciemnozielonym wosku wyciśnięta, już tylekrotnie opisywana pieczęć ławników lwowskich.

CI.

We Lwowie 10. Czerwca 1471 r.

Grzegorz z Sanoka, arcybiskup lwowski, przekazuje kanonikom lwowskim dziesięciny arcybiskupie z łanów lwowskich.

Gregorius, Dei gracia sancte ecclesie Leopoliensis archiepiscopus, significamus tenore presencium, quibus interest, universis, quod, cum divina nobis ad id suffragante largitate bona archiepiscopalia prefate eclesie nostre non mediocriter ademimus et adauximus, proinde volentes etiam condicionem fratrum nostrorum eiusdem ecclesie canonicorum facere meliorem, ut ex hoc iugis aput *(sic)* ipsos nostra maneat memoria, Deum quoque pro nostra salute attencius valeant exorare, predictis fratribus canonicis decimas pecuniarias archiepiscopales de laneis circa civitatem Leopoliensem et ad ius civile spectantibus perpetuis temporibus tenendum, habendum et in usus proprios convertendum dedimus et donavimus presentibusque damus, donamus et asscribimus et in ius et in proprietatem ipsorum dominorum canonicorum transferimus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est

appensum. Actum et datum Leopoli in domo habitacionis nostre anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, die Lune, decima mensis Iunii, indiccione tercia[1]), pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Pauli, divina providencia Pape, secundi anno ipsius sexto [2]), presentibus generosis Georgio Iurscha alias dicto de Chodorowstaw Capitaneo Zudaczouiensi, Andrea Tarlo de Sczekarouicze famosisque Nicolao Habrek Consule, Gregorio Calvo cive Leopoliensibus, testibus ad premissa.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. VI. nr. 5.) Pieczęć oderwana, został pasek pergaminowy.

CII.

W Krakowie 14. Czerwca 1471 r.

Kazimierz Jagiellończyk uwalnia monaster ruski św. Mikołaja pod Lwowem od opłaty wszelkich danin; nadanie to potwierdza Zygmunt I. we Lwowie 30. Września 1524 r., a potwierdzenie Zygmunta I. transsumują sędziowie lwowscy na dniu 1. Lipca 1540 r.

Cazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Litvanie, Russie Prussieque dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo nostre benignitatis gratia permoti, poponi Rvthenico Simeoni Mikvlinski eiusque monasterio alias oraculo Sancti Nicolai rittus Rvthenici ante Leopolim omnes et singulas contribuciones, dacias, exactiones nostras eidem poponi suisque successoribus presentibus indulsimus et indulgemus, ipsumque et eosdem successores suos ab omnibus liberamus. Pro tanto tibi generoso Raphaeli de Iaroszlaw, capitaneo nostro Leopoliensi, ac aliis exactoribus, officialibus et capitaneis pro tempore existentibus eorumque vicesgerentibus committimus et mandamus, habere omnino volentes, quatinus prefatum Simeonem poponem suosque successores cum monasterio predicto in quibuscumque contribucionibus, solucionibus et exaccionibus nostris in ullo impedire et turbare debeatis vel presumatis, eundem circa presentem libertatem nostram conservantes et conservari facientes, pro gratia nostra secus non facturi. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum

1) Na rok 1471 przypadała indykcya IV. a nie III.

2) I to oznaczenie daty jest niewłaściwe. Papież Paweł II. bowiem został wybrany 31. Sierpnia 1464. r. a koronowany 6. Września t. r., dzień 10. Czerwca 1471 r. należy więc do siódmego a zarazem ostatniego roku jego rządów, umarł on bowiem 28. Lipca 1471 r. (Porównaj *Weidenbach Calendarium pag. 220*).

Cracouie feria sexta infra octavas Corporis Christi anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Dokument ten potwierdził Zygmunt I. 30. Września 1524 r. Potwierdzenie to brzmi:

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lituanie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lanczicie, Cuyauie, Russie, Prussie ac Culmensis, Elbingensis Pomeranieque etc. dominus et heres significamus tenore presencium universis et singulis, ut presentibus ita futuris, quod accedens ad nos illustris dominus Constantinus Iwanowicz dux Ostroviensis (*sic*), palatinus Trocensis ac exercituum magni ducatus nostri Lithwanie summus campiductor necnon Vynnycensis et Braczlawiensis etc. capitaneus, nobis sincere dilectus, privilegium infrascriptum, de titulo et sigillo appenso serenissimi principis domini Cazimiri Regis, parentis nostri desideratissimi, nobis originaliter monstravit. Cuius vigore sua olim paterna maiestas Simeonem presbiterum Mykulinski eiusque monasterium sancti Nicolai rittus Grecanici sive Rvthenici eiusdemque presbiteri legittimos successores, ab omnibus et singulis contribucionibus, daciis et exaccionibus suis Regiis exemit, liberavit et absolvit, supplicans nobis, ut infrascriptum privilegium approbare, confirmare et roborare ecclesiamque sancti Nicolai eiusque presbiterum modernum Aphanasi, quod Latine sonat Athanasium, suosque legittimos successores presbiteros sancti Nicolai in ipsa libertate ac exempcione conservare et manutenere dignaremur. Cuius privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur:

Tutaj następuje powyżej wydrukowany przywilej Kazimierza Jagiellończyka; potem brzmi potwierdzenie dalej:

Nos igitur Sigismundus Rex prefatus peticioni et supplicacioni prenominati domini ducis Constantini benigniter annuentes, pro nostra Regia pietate ac mansuetudine, qua erga Dei sanctos afficimur, preinsertum privilegium paterne olim maiestatis, quod salvum, integrum, iustum, ab omni suspicione prorsus immune vidimus, in omnibus eius punctis, clausulis, articulis, prout positum est, de verbo ad verbum ex certa sciencia nostra approbandum, confirmandum et ratificandum duximus, confirmamusque, approbamus et ratificamus presentibus, decernentes illud robur debite et perpetue firmitatis obtinere, tenore presencium mediante. Quapropter vobis magnifico Stanislao de Chodecz, regni nostri marschalco et capitaneo Leopoliensi moderno, et aliis capitaneis Leopoliensibus, necnon exactoribus, officialibus nostris presentibus et futuris committimus et mandamus, omnino habere volentes, ut prefatum Athanasium presbiterum eiusque legittimos successores monasterii prefati presbiteros ad solucionem quarumcunque contribucionum, solucionum et exaccionum nostrarum decretarum et in post decernendarum cogere et compellere non presumatis, neque id secus

faciatis, ac quilibet vestrum non presumat et neque secus faciat. Quin immo presbiterum prefatum et eius successores circa libertatem et exempcionem prefatam pure, sinceriter et integre, conservetis et conservari curetis, secus autem pro gracia nostra facere non audeatis. In quorum omnium fidem et testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum in civitate nostra Leopoliensi feria sexta post festum sancti Michaelis Archangeli proxima anno domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto, regni vero nostri anno decimo octavo, presentibus reverendissimo in Christo patre domino Bernardino Archiepiscopo Leopoliensi, necnon magnificis, generosis et venerabilibus Nicolao de Dąmbrowicza Castellano Cracouiensi et Exercituum Regni nostri Campiductore, Cristophero de Schidlowyecz Palatino et Capittaneo Cracouiensi ac Regni nostri Cancellario, Andrea de Thanczin Sandomiriensi, Ioanne de Olyeschniza Lublinensi, Otta de Chodecz Russie Generali Palatinis, Nicolao de Schidlowyecz Sandomiriensi, Regni nostri Thesaurario, Georgio Krupsky de Orchow Leopoliensi, Stanislao de Sprowa Zarnowiensi Castellanis, Stanislao de Chodecz Regni nostri et Capittaneo Leopoliensi, Petro Kmytha de Vischnycze Curie nostre, Premisliensi et Szczepusiensi Capittaneo, Marschalcis, Ioanne Carnkowski Preposito Scarbimiriensi, Ioanne Choyenski Archidiacone Cracouiensi, Paulo Kraszowski Preposito Omnium Sanctorum Cracouiensi, Secretariis nostris, et aliis quam plurimis dignitariis, officialibus ac curiensibus nostris ad premissa testibus fide dignis, sincere et fidelibus dilectis. Datum per manus prefati magnifici Cristopheri de Schidlowyecz in Sczmyelow et Magna Opatow Palatini et Generalis Capitanei Cracouiensis ac Regni Polonie Cancellarii, tum Siradiensis, Sochaczowiensis, Gostinensis ac Nove Civitatis Korczin etc. Capitanei, nobis sincere dilecti.

Dokument ten transsumowano 1. Lipca 1540 r. w sądzie ziemskim lwowskim. Transsumt ten brzmi:

Nicolaus Golambek de Zimnawoda iudex et Daniel Wolwanowski de Wolwanowicze subiudex terrestres Leopolienses significamus tenore presencium, quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo oblate sunt littere pergamenee, per olim dive memorie serenissimum dominum Cazimirum Dei gracia Regem Polonie date et concesse, ac per serenissimum dominum Sigismundum Dei gracia Regem modernum Polonie, magnum ducem Lithwanie necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lanczicie, Cuyauie, Russie, Prussie ac Culmensis, Elbingensis Pomeranieque etc. dominum et heredem confirmate et approbate, sub titulo et sigillo eiusdem maiestatis Regie maiori in zona alba sericea cum serico virideo et glauco contexta subappenso coram iudicio et actis presentibus salve, sane et illese, prorsusque omnis suspicionis vicio carentes. Quarum literarum de verbo ad verbum tenor sequitur et est talis.

Tutaj następuje całe powyżej oddrukowane potwierdzenie króla Zygmunta. Potem brzmi transsumt dalej.

Actum et datum Leopoli in terminis terrestribus Leopoliensibus feria quinta post festum sanctorum Petri et Pauli Apostolorum proxima anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo, presentibus magnifico et generosis Nicolao Szienyawski Castellano Belzensi et Capitaneo Haliciensi, Andrea Viszoczki, Petro Goldacz, Wanyko Lahodowsky, Simone Czemyerzinski, Sebastiano Zielyenski et Leonardo Czizikowski aliisque quam plurimis fide dignis testibus circa premissa. In cuius rei evidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa.

Pergaminowy oryginał transsumtu sądu ziemskiego lwowskiego w arch. miasta Lwowa nr. 420. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie pieczęci na zwyczajnym wosku wyciśnięte, pierwsza sędziego Mikołaja Goląmbka z odciskiem herbu Gryf, druga podsędka Daniela Wolwanowskiego z odciskiem herbu Nabram.

CIII.

W Krakowie 26. Czerwca 1471 r.

Kazimierz Jagiellończyk nakazuje, aby nikt nie omijał składu lwowskiego.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo causantibus coram nobis et consiliariis nostris famosis consulibus civitatis nostre Leopoliensis, fidelibus dilectis, de nonnullis mercatoribus regni nostri, qui, deposito generali Leopoliensi pretermisso, cum bonis mercibusve suis atque rebus per vias insolitas et obliquas se convertunt in preiudicium ac iniuriam ipsorum civitatisque illius destruccionem et non minus in iurium eiusdem civitatis non mediocrem iacturam et offensam. Qua quidem querela cum consiliariis nostris audita et debito racionis liberamine pensata, ipsam civitatem Leopoliensem et universos eiusdem incolas circa depositum ipsorum Leopoliense iuxta veterem consuetudinem et iuxta iura et privilegia ipsorum, desuper ipsis quomodolibet tradita et concessa, censuimus conservandos et conservamus per presentes. Tibi generoso Raphaeli de Iaroslaw moderno et aliis pro tempore existentibus capitaneis nostris Leopoliensibus districtius committentes et mandantes, quatenus quoscunque mercatores ac vectores, negociacionis gracia per vias obliquas insolitas et indirectas cum suis mercibus, bonis atque rebus declinantes seu ambulantes depositumque Leopoliense subterfugientes, cohibeatis et coherceatis, eosdem ad eundem depositum antedictum inflectentes nostra

Regia auctoritate, et insuper omnes et singulos huiusmodi mercatores ac vectores, si secus fecerint, premissa tamen desuper publica proclamacione et notificacione solita, rigide arrestare debeatis secundum continenciam iurium eiusdem civitatis, quociensoumque huiusmodi mercatorum aut vectorum culpa vel iniuria debitam mulctam exegerit sue transgressionis. Et aliter gracie nostre sub obtentu non facturi. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Cracouie feria quarta post festum sancti Iohannis Baptiste anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Relacio venerabilis Alberti de Zychlyn
Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa, nr. 236. Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta mniejsza pieczęć królewska. Zobacz Działyński Statut Litewski, Tabl. VII., nr. 2.

CIV.

W Przemyślu 26. Stycznia 1472 r.

Wójt i rajcy przemyscy potwierdzają statuta uździarzy i siodlarzy.

In nomine Domini Amen. Quoniam humana memoria eternitati non comensuratur, expedit igitur, ut ea, que fuerint in humanis negotiis, ad perpetuitatis ratitudinem deducantur, ne lapsu temporis evanescant, proinde nos Nicolaus de Balicze advocatus hereditarius, Franciscus sutor preconsul, Szworcz Hanus, Mathias sartor et Albertus Wyachowycz, novi et anni presentis, Stanislaus sutor, Hanus pretorianus, Iohannes carnifex, Paulus carnifex, Nicolaus Malowani et Michael Hanus Kramarzowycz, antiqui consules civitatis Premisliensis, significamus tenore presentium universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo coram nobis pleno in consulatu pro tribunali presentium et presidentium constituti personaliter providi viri videlicet Michael Czemerman, Martinus Mathyssowycz de Premislia et Iohannes Myrzowsky de Poznan magistri artis frenifice, Nicolaus dictus Nyczgoda de Sandomiria et Stanislaus Plebanek de Ploczko, magistri artis sellatorum, nos humiliter suplicarunt, quatinus ipsis in eorum artis contubernio alias wczesszye statuta ipsorum iuxta modum et consuetudinem currentem ipsorum artis confirmaremus et ratificaremus. Nos itaque petitionibus eorum benigniter acclinati et quia etiam iusta petentibus assensus non est denegandus et quod etiam prefati magistri in eorum arte sub iurisdictione nostra degentes in civitate feliciori fortuna convalescere possent et quod etiam cultus divinus ex eorum arte contubernii complearetur, statuta

eorum iuxta modum, ordinem et ritum artis prefate ipsorum, prout Leopoli, Craconie et aliis civitatibus habetur et tenetur confirmamus *(sic)*, ratificamus (*sic*) et gratificavimus et presentibus confirmamus, ratificamus et gratificamus perpetue et in evum. Principaliter statuimus, quod quilibet, existens in fraternitatem (*sic*) prefata artificium suum exercens alias Tribwyącz, debet esse obediens seniorem magistrum alias Czechmystrza, quando signum ad eum mittetur, quod si non obediret seu obedire non curaret, quando signum prefatum mittitur, talis inobediens debet succumbere et dare talentum cere pro pena fraternitati ipsorum. Item statuimus, quod magister senior alias Czechmystrz, cum sedetur in prefato contubernio alias in czecha debet ipsam czecham bannire alias gagycz cum licencia sedere et cum licencia surgere. Item statuimus, quod quilibet frater artis ipsorum debet honorare cum inclinatione capitis seniorem [1]) magistrum sedentem in contubernio prefato, etiam quilibet magister senior debet fratrem artis ipsorum habere in czecha dicta in reverencia. Insuper etiam statuimus, quod, si quis frater ipsorum artis non teneret obedienciam in eorum predicta czecha, talis succubere debet pene medium talentum cere, sed si autem hanc penam non adverteret et esset inobediens et protervus ante (*sic*) se et fugeret de fraternitate ipsorum ad dominum advocatum, talem protervum et inobedientem dominus advocatus non debebit iudicare sine magistro seniore ipsorum artis, donec prius pro dicto magistro seniore mittat et talis magister senior non debet ad dominum advocatum transire sine voluntate aliorum fratrum, donec prius mittat pro fratres (*sic*) suos artis prefate ipsorum, tunc cum voluntate ipsorum primo ad dominum advocatum vadat et dominus advocatus exaudiendo causas ipsorum iuxta modum et ordinem ipsorum fraternitatis, talem protervum et inobedientem debet dare ad cypum et non prius ipsum mittere de cyppo debet, donec reponet advocato penam suam quinque grossos et fraternitati ipsorum duo talenta cere; similiter etiam si ad dominos consules fugeret, domini consules debent mittere etiam pro seniore magistro, magister autem ille senior non prius ad consules vadet, donec prius mittet pro fratribus suis artis ipsorum, illi autem fratres convenientes in simul, debent vadere cum suo magistro seniore ad dominos consules; domini autem consules, causas ipsorum exaudiendo, iuxta consewetudinem et ordinem artis ipsorum, illum inobedientem debebunt inponere in stubellam, que dicitur srzimka, et prius ipsum mittere non debent, donec reponet eis tres grossos welkierz et fraternitati ipsorum duo talenta cere, et hoc si eundem invenerint adversus fratres suos artis ipsorum culpabilem. Item etiam statuimus, quia quilibet magister senior istius contubernii, si traderet de czecha prefata fratrem aliquem ad dominum advocatum aut ad dominos consules sine scitu aliorum fratrum huius artificii, hoc quod contingit fraternitatem ipsorum, talis sine quavis gratia

1) Wyraz ten dwa razy pisarz napisał.

reponere debet et sit astrictus tria talenta cere pro pena fraternitati ipsorum. Insuper etiam statuimus, quod, si talis magister senior aliquem fratrem ipsorum infamaret verbis sine consensu fratrum suorum, talis etiam sine quavis gratia reponere debet tria talenta cere fraternitati ipsorum. Item etiam hoc contubernium alias czecha debet in se habere hunc modum et ordinem, quod in qualibet quatuor et quarta septimana magister senior artis eorum debet signum mittere, ut omnes fratres existant et sint in czecha, et ibi conveniendo debent modum et ordinem in eadem czecha inter se facere hoc, quod spectat super artificium ipsorum. Item statuimus etiam, quod in quibuslibet duabus septimanis debent duo fratres de fraternitate eorum vadere et conspicere artificium ipsorum iuxta modum et ordinem artis eorum, quod si ibi aliquam partem alias stuka invenerint, quod non sit iuxta artificium et czecham ipsorum disposita, hanc partem alias stuką debent ad czecham suam recipere et illam non prius debent reddere et dare illi, cuius fuerit, donec reponet fraternitati ipsorum medium talentum cere. Item eciam statuimus, quod . . . . [1]) artis ipsorum existens aput (*sic*) magistros, quod si obedienciam nollent tenere iuxta modum et ordinem huius contubernii et confugium haberet aliquis ex ipsis ex ista czecha ad . . . . . . liarum [2]), non prius debet refugium habere, donec magistri seu fratres istius czeche ipsis iustitiam famulis in eadem czecha faciant; quod si non potuerint, prefati magistri tali famulo seu familiaribus . . . . ha [3]) instantiam prefatam facere et quod illis familiaribus seu famulo videretur pro iniuria, extunc prenominati magistri de prefata czecha ipsorum cum suo seniore magistro ad dominos advocatum et consules huius civitatis debent transire cum predictis familiaribus seu famulo et illi seu illis iustitiam facere debebunt; quod si utique sua protervitate talis familiaris ante se ad aliam czecham de ista transiret in vilipodium (*sic*) et detrimentum istius contubernii, extunc domini advocatus et consules debent mittere et literam suam dare ad illam czecham, ubi talis familiaris fugerit et magistros illos petere debebunt cum fratribus istius czeche, quod talem familiarem contra ad hanc czecham mittant et quod ibi non iudicent, sed hic ad iudicandum dent. Item etiam statuimus, quod omnis ille, qui artificium eorum non est doctus, eis artificium eorum destruere non debebit in dedecus et vilipendium contubernii ipsorum. Item statuimus etiam, quod nullus in foro annali et extra forum annale laborem, qui dicitur non warunkowa robotha, et non iuxta artificium ipsorum laboratus et modum et ordinem artificii ipsorum, debetur hic adducere; quando talis labor adduceretur, extunc senior magister cum fratribus suis convenientes transibunt ad dominos advocatum et consules et ipsos pro subsidio eis dando petant, dominique advocatus et consules debent ei subsidium dare et cum voluntate eorum debent demandare,

---

1) Trzy lub cztery wyrazy wydarte. 2) Trzy lub cztery wyrazy wydarte. 3) Dwa wyrazy wydarte.

ut tales homines cum huiusmodi labore ipsorum inordinato de civitate equitent; quod, si nollent equitare cum prefato labore, extunc prefati magistri et fratres istius czeche cum voluntate dominorum advocati et consulum eundem laborem inordinatum talibus advenis capere debent et cum eodem labore facere debebunt iuxta modum iuris artificii ipsorum. Ultra eciam statuimus, quod, si quis magister intraret et ingrederet (*sic*) in hanc ipsorum czecham, talis deberet habere . . . . [1]) litteram a geratione (*sic*) sua et ab edoctione artificii sui ac honorem impendere et ostendere fraternitati eorum, hoc est prandium facere debet super fratres et quatuor talenta cere dare debet et medium octuale cerevisie fraternitati ipsorum. Item statuimus, quod quicunque magister seu frater ipsorum contubernii, cui esset in quo culpabilis verbis vel factis in eo, quod concernit et spectat artificium ipsorum, talem dominus advocatus non debet iudicare, sed ad fraternitatem eorum dare debebit et ibi prefati magistri cum fratribus suis causam hanc cognoscere debent iuxta iustitiam, et si talis magister seu frater esset in culpa inventus, talis debet corrigi pena irremisibili sine gracia, quam iustitiam cum eo facere debent sub oneracione consciencarum eorum et sub dampnacione perpetua. Item similiter statuimus de famulo artis ipsorum, quia quilibet familiaris ipsorum, si cui culpabilis fuerit verbo vel facto in eo, quod spectat super artificium ipsorum, nullibi debet iudicari nisi in czecha ipsorum; cum quo famulo iusticiam prius expressam facere debent sub oneracione consciencarum eorum. Item eciam statuimus de magistris sellatoribus de discipulis et informatoribus ipsorum eciam artificii iuxta modum et ordinem ipsorum, quod, si aliquis magister ipsorum artificii haberet discipulum vel duos, illi iam cito edocti essent, extunc quilibet eorum artificii poterit alios duos vel unum ante medium annum suscipere ad informandum. Item eciam a tali discipulo suscepto ad informandum debent dare tres grossos fraternitati ad piccarium et talentum cere. Item prefati etiam magistri sellatores potuerint eis emere przeczywnye seu corregium pro przeczywnye, ubi eis placuerit. Item eciam statuimus, quod nullus magister artis sellatorum sellam fractam seu destructam ab alio magistro cum signo portatam laborare tenetur sub pena talenti cere. Item statuimus, quod quicunque familiares . . . [2]) laboraverit aput aliquem magistrum et si ante duas septimanas sua voluntate a magistro suo surrexerit, alter magister cum non debet loccare et suscipere sub pena talenti cere; sed iterato, si eciam aliquis magister ipsorum artificii tali famulo ante duas septimanas daret licenciam, ibi alter magister interrogare debet hunc magistrum, aput quem ille famulus prius laboravit, si cum voluntate illius magistri surrexit, tunc poterit laborare aput alium magistrum. Item statuimus, quod, quando aliquis magister aliquem famulum post duas septimanas licenciaret, extunc sibi pro fforthel non plus dare

---

1) Jeden albo dwa wyrazy wypelznięte. 2) Jeden wyraz wydarty.

debet nisi tres grossos, sed si solus surrexerit, extunc eundem ffortel perdet et debet vias vadere. Item gnewyenycze, hoc est ligneas sellas, poterit supponere podklad, sed aliud nihil circa easdem reformare. Item statuimus insuper, quod inter magistros artis frenificum tacher angulorum consuetorum non levius vendere debent in loco seu domo nisi per dimidium septimum grossum ac si in leviori foro daret seu venderet, talis dare debet talentum cere fraternitati ipsorum, excepto foro anuali, ibi potest vendere qualiter poterit. Similiter precinctas simplices non levius vendet nisi per fertonem, sed ellevatas precinctas tacher non levius vendet, nisi per quatuordecem grossis (*sic*), quod si quis levius in loco seu domo venderet, excepto foro anuali, talis succumbet eciam talentum cere fraternitati ipsorum. Item eciam statuimus, quod nullus frater artificii ipsorum laborem suum in aliquo foro anuali non debet portare hinc et inde per loca in vilipendium fraternitatis, quod si portaret et super ipsum protestacionem fuerit, talis debet dare fraternitati duo talenta cere. Item eciam, quando famulus alias thowarzyszch laborem eorum artificii alias haythwgye (*sic*) et pro isto fuerit aliqua pena inventa, extunc ista pena illius familiaris, qui hunc laborem taliter laboraverit alias haythwgye (*sic*). Item insuper alia omnia et singula statuta iuxta modum, consvetudinem, ritum et ordinem artificii ipsorum eciam confirmamus et ratificamus per ipsos magistros et fratres prefati artificii ipsorum tenenda, habenda et possidenda perpetue et in evum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa testimonio literarum. Actum et datum in Premislia pleno in consulatu presidencium dominico die post Conversionem sancti Pauli Appostoli de anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo.

Później bledszym atramentem i inną ręką dodano, co następuje:

Item venientes in contubernium nostrum providi Barthos Maszek, Mith et Myszko, perifices [1]), cives et vicini nostri, susceperunt nobiscum contubernium nostrum et compromiserunt libere omnia in eo tenere nobiscum iuxta modum et ritum aliorum [2]) artificiorum et cum aliis advenientibus, qui protunc fuerint.

Pismem, którem cały dokument pisany, napisano na dole:

Per manus circumspecti Iohannis Casperi notarii civitatis Premisliensis.

Dokument oryginalny pergaminowy, w trzech miejscach uszkodzony znajduje się w posiadaniu cechu szewskiego w Przemyślu. Na sznurkach zawieszone były dwie pieczęci, które wraz z nimi odpadły.

1) *Perifices* t. j. torbiarze, czyli ci którzy torebki robili. 2) Wyraz ten dwa razy napisany.

CV.

W Krakowie 3o. Maja 1472 r.

Kazimierz Jagielończyk ustanawia dwa jarmarki we Lwowie, jeden na św. Trójcę, drugi na św. Agnieszkę i wydaje szczegółowe przepisy jarmarków tych dotyczące.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature comoda nichil dignius memoria habeatur, opportunum igitur existit, ut actus hominum literarum apicibus et testium annotacione perhennentur, ne lapsu temporis simul cum tempore evanescant, proinde nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyauye, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque ac Culmensis, Elbingensis et Pomeranie dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo inter alias occupacionis nostre curas ad hoc studium mentis nostre extenditur, ut civitates nostre sub felici nostro regimine in suis utilitatibus, proventibus et comodis debite augeantur, volentes itaque civitatis nostrê Leopoliensis condicionem facere meliorem, in dicta civitate nostra Leopoliensi annuale forum singulis annis, primum pro festo quolibet sancte et individue Trinitatis, quod stabit et durabit per duarum septimanarum decursum, aliud vero forum annuale pro quolibet festo sancte Agnetis, per duas septimanas similiter duraturum, ab omnibus mercatoribus cuiuscumque status, condicionis, sexus vel gradus hominibus in omnibus mercanciis et rebus, cuiuscumque generis existant, statuimus exercendum perpetue et in evum; decernentes, ut quicumque homines ad dictam civitatem nostram Leopoliensem cum rebus suis vendendi et emendi gracia accesserint securitate nostra accedendo et recedendo pociantur, nisi tales sint, quos iura non permittunt, et quibus merito fidedignorum consorcia denegantur, sub modis et condicionibus inscriptis et presentibus insertis. Primo quod forum annuale prefatum Leopoliense non preiudicet deposito generali civitatis Leopoliensis, super quo deposito generali civitas est fundata et locata, ita quod mercatores, ab undecunque venientes, depositum generale Leopoliense non pretereant, circuant vel pertranseant, sed merces suas in Leopoli in eodem generali deposito deponant et vendant, secundum iura et consuetudines ab antiquo tentas. Ne itaque ipsi mercatores in civitatibus, opidis et villis minus iustis theloneis, depactacionibus et rapinis graventur, propter quod mercatores aversi sunt a deposito generali Leopoliensi, querentes ipsis alias vias insolitas theloneo et deposito Leopoliensibus in destructionem, volumus,

ut strate publice et vie Regales omnibus mercatoribus, ab undecunque venientibus, sint libere, ut erant ab antiquo. Preterea volumus, ut eciam in stratis publicis et viis Regalibus atque in civitatibus, opidis et villis nemo mercatores, ab undecunque venientes et cum mercibus et bonis eorum ad depositum generale aut ad nundinas Leopolienses tendentes, in persona, mercibus, bonis, curribus, equis, bobus, aut in quibuscunque rebus, quovismodo arrestet, nec molestare presumat, sed qui ab eisdem mercatoribus iniuriam habere se pretendunt, mercatores per tales arrestationes non negligentes in transitu in Leopolym sequantur, et ibi in iure civili coram advocato et iudicio civitatis Leopoliensis in eisdem mercatoribus causas suas iure repetant; similiter ne mercatores, de Leopoli redeuntes cum personis et mercibus eorum versus Camyenyecz vel per Halicz in Walachiam aut alibi tendentes, aliquo in loco modo premisso arestentur, qui mercatores nemini contra eos quomodolibet causanti respondere teneantur, nisi in Camyenyecz, Trebowla, Halycz et Kolomygya civitatibus Regalibus, ad quas civitates eiusmodi arestatores pro experiencia iusticie eosdem mercatores sequantur, qui de se querulantibus non aliter quam iure Maydemburyensi respondere teneantur; ut eciam pari modo mercatores versus Cracouiam, Sandomiriam, Lwblyn aut versus alias regni superiores partes de Leopoli cum bonis eorum proficiscentes, in viis aut villis non arestentur, sed ad proximam civitatem libere admittantur, ibi eciam de se querulantibus coram iudicio civitatis eiusdem iure Maydemburigensi tenentur respondere. Admittimus eciam, ut mercatores in sterilibus et incultis locis et campis alias Na plonych polach, ubi non seminatur, nec prata secantur et falcastrantur, similiter et in mericis, in transitibus eorum cum equis, pecoribus et pecudibus seu cum armentis boum, libera, prout ab antiquo, habeant pascua, absque omni impedimento et depactacione, in merica tamen solum per unum diem et unam noctem; si vero ulterius pausare voluerint, cum domino hereditario eiusdem merice pro pascuis componant; casu vero, quo aliquod dampnum in frumentis aut pratis in pertranseundo et redeundo per homines, pecora et pecudes aut equos pellentes, alicui terrigene illatum foret cum approbacione, extunc eidem heredi pro huiusmodi dampnis in bonis sibi illatis, idem, qui repertus fuerit, tenebitur facere solucionem et satisfaccionem iure mediante. Statuimus eciam, ut nullus mercatorum ad depositum aut nundinas Leopolienses veniens, in destructionem censuum Regalium pannum, telam et alias res mensurabiles ulna, quocunque vocabulo censeri poterint, cum ulna mensuret, neque vendat, exceptis pannis, sericeis auro textis, acsamitto, adamasco, atlante precioso, cum auro vel sine auro textis, hec omnia quilibet mercator poterit cum ulna incidere et vendere; porciones staminum sericeorum, alias kytayka dictorum, inceptorum seu incisorum magne aut parve omnibus mercatoribus libere esse debent ad vendendum cum ulna, computando solum, quod cum ulna more institorum emensurando easdem non incidant. Similiter nullus mercatorum veniencium, in destruccionem

censuum Regalium res ponderabiles cum talento vendat preter crocum, cariofolos, muscatum, cynamonum, zedwarium, zynziber, flores muscati, cubebas et alias res aromaticas, ad apotecam pertinentes, que omnia pretacta hospites mercatores cum talento libere vendere poterint; uve passe et calamus aromaticus et ficus cum pondere aut sine pondere per hospites libere vendantur, secundum beneplacitum eorum; piper vero, cyminum et rysum ad minus cum uno lapide; res eciam mercimoniales parciendo non vendantur, sed cum Twzynys et Tachrisz vendi debebunt. Item omnia pannorum stamina preciosorum et simplicium aut provincialium Polonie, Slezie per unum stamen vendantur, cubileti alias Barchany, tela, Pokoczyn per unum stamen vendantur, durante foro annuali; et calige per unum Twzynum, velamina de lana alias Swogycze per unam porcionem, vel lamina Bohemicalia cum porcione una, papirum cum reza. Expirato vero foro annuali, quilibet mercator, in deposito generali negociaciones exercens, res suas vendat secundum consuetudinem antiquam et statuta in pondere in tabula signata. Ceram eciam crudam et piper non cribratum de civitate non educantur sub ammissione rerum earundem. Nec piper vendi debeat nisi cribratum per oficialem civitatis ad id deputatum. Volumus eciam, ut nullus mercatorum adveniens boves aut vaccas emat per unum, tempore nundinarum, sed ad minus per decem, ut carnifices civitatis et cives eciam pro necessitate et usu civitatis pecora poterint comparare. Statuimus eciam, ut mercatores superiorum parcium, qui merces in Walachiam aut alibi post Leopolym ad prestam vendiderint, pro solucione ad illa loca in offensam depositi non visitent, sed in deposito Leopoliensi sitam solucionem attemptent. Similiter mercatores transmarini Walachie et earum parcium post Leopolym pro solucione mercium ad superiores partes creditarum non visitent partes easdem superiores, sed in deposito Leopoliensi parimodo solucionem eorum attemptent, nam per tales visitaciones occultas in eisdem locis visitatis exercent negociationes, bona viis insolitis transducentes theloneo et deposito generali Leopoliensi in detrimentum. Volumus eciam, ut nullus mercator merces in deposito aut tempore nundinarum comparatas in loco vendat, sed de civitate ducat, secundum quod tentum est ab antiquo. Prohibemus eciam, ut nullius mercatoris bona per theloneatorem in pondere arestentur ex aliqua occasione per eundem theloneatorem excogitata, qua arestacione mercatores sepius gravati repelluntur, sed ut theloneator cum mercatoribus super differenciis eorum coram consulibus de iusticia experiatur. Ut igitur tanto maior hominum et mercatorum ad ipsam civitatem Leopoliensem concursus fiat, promittimus litera presenti omnes mercatores, qui ad nundinas festi sancte Trinitatis se ibidem contulerint, liberos fieri ab omni solucione thelonei Leopoliensis, pro festo vero sancte Agnetis, dum in nundinas venerint in Leopolim, tenebuntur theloneum solvere et erunt astricti more solito theloneatori, qui pro tempore fuerit in Leopoli. Statuimus, ut mercatores Slezie, Prussie, Polonie, qui iter suum ab antiquo

versus Leopolim habent super Sandomiriam, itinera eorum habeant libera, ut a pristinis temporibus habuerunt. Item ut sub castro maiori extra muros nullus mercator sive hospes aut bona sua arestentur nec iudicentur iure castrensi, non obstante eo, quod ibidem hospicium habuerit, sed ad iurisdiccionem civitatis admittatur cum suis bonis; ut eciam ibidem sub castro cervisia non propinetur, nec carnes vendantur, vel forum habeatur, aut nove adinvenciones instituantur, contra veterem consuetudinem, in preiudicium civitatis. Item ut super mechanicos Leopolienses labores mechanicorum de aliis civitatibus non ducantur, sed hic articulus observetur secundum morem civitatis Cracouiensis, qui tempore nundinarum ibidem in talibus observatur. Item ut pellifices regni laborem eorum in preiudicium pellificum Leopoliensium non vendant in civitate Leopoliensi, excepto labore Lithwanico, qui cum pelliceis, schubis et blanis aliisque eorum laboribus pellificiariis venire et eosdem libere vendere poterint. Verum quia reverendissimo in Christo patri domino Gregorio, archiepiscopo Leopoliensi, ac magnifico Stanislao de Chotecz, palatino Russie et capitaneo Haliciensi, Treboulicnsi et Cameneczensi, commiseramus predictos articulos cum terrigenis dominiorum nostrorum Russie et mercatoribus examinari, adequari et concordari, ne forte in offensam alicuius status visi fuissent articuli ipsi declinasse, qui consiliarii nostri, diligenti omnium hominum premisso scrutinio inquisicioneque prehabita, prefatos articulos, unanimi omnium voluntate concordatos et in scriptum redactos, sigillisque suis in carta papirea obsignatos, nobis direxerunt; et ideo nos fidei eorum et legalitati, ut convenit, se commitentes articulis predictis voluimus robur continere, ut premissum est, perpetue firmitatis. Casu vero, quo ipsius annualis fori iuxta continenciam articulorum pretactorum aut aliquorum ex ipsis institucio in detrimentum et dampnum civitatis Leopoliensis, terrigenarum aut aliorum hominum vergere videretur, dum per ipsos cives Leopolienses causati fuerimus, dictum annuale forum deponere et civitatem Leopoliensem circa iura antiqua conservare vel pro rei exigencia unum vel plures articulos supradictos, qui in dampnum civitatis aut terre tenderent, immutare, moderare et variare aliosque necessarios adiungere promittimus et pollicemur. Que omnia arbitrio nostro et eorundem civium unanimi voluntate statuimus committenda. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum et datum Cracouie Sabbato infra Octavas Corporis Christi anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, presentibus ibidem reverendo in Christo patre domino Iohanne Episcopo Cracouiensi, necnon magnificis, generosis et venerabili Stanislao de Ostrorog Palatino Calisiensi, Dobeslao Kmytha de Wysznycze Lublinensi, Iohanne Amor de Tharnow Woinicziensi, Iohanne Felice de eadem Tharnow Wysliciensi, Stanislao Wanthropka de Strzelcze Sandeczensi, Petro de Branycze Byeczensi Castellanis, Iacobo de Dambno Regni Polonie Cancellario et Capitaneo Cracouiensi, Spithkone de Iaroszlaw Succamerario, Raphaele de Iaroslaw pretacta Capitaneo

Leopoliensibus, Sbigneo de Oleschnycza Scolastico Cracouiensi, Gueznensis, Cracowiensis, Wladislawiensis, Sandomiriensis Ecclesiarum Canonico et Regie nostre Maiestatis Supremo Secretario, aliisque pluribus fidedignis circa premissa. Datum per manus magnifici Iacobi de Dambno Regni Polonie Cancellarii et Capitanei Cracouiensis, sincere nobis dilecti.

Relacio eiusdem magnifici Iacobi de Dambno Regni Polonie Cancellarii et Capitanei Cracowiensis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 237. Na sznurze z kręconego jedwabiu zielonego zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta większa pieczęć królewska. (Zobacz Działyński Statut Litewski Tabl. VII. Nr. 1). W bardzo ozdobnem *J* od którego się dokument ten zaczyna, są odrysowane dwa herby: Dębno i Poraj.

CVI.

We Lwowie 5. Czerwca 1472 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan Oleski zastawił dom swój we Lwowie, pomiędzy Żydami położony, w długu 50 grzywien Samsonowi, Żydowi i celnikowi lwowskiemu.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Wyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo veniens personaliter ad nostram et aliorum dominorum, nobiscum protunc iudicio terrestri residencium, *(presentiam)* [1]) generosus ac strenuus dominus Olessky Iohannes, non compulsus, nec coactus, neque aliquo errore devio seductus, menteque corpore existens sanus, libere recognovit, se teneri certi ac veri debiti quinquaginta marcas pecunie communis monete et numeri Polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, famoso Sampsoni, Iudeo et theoloneatori Leopoliensi; in quibus quidem quinquaginta marcis ipse dominus Iohannes Olesky fato Sampsoni domum suam hereditariam lapideam, in civitate Leopoliensi inter Iudeos sittuatam et iacentem, cum omni iure, dominio et proprietate

1) Wyraz ten pisarz opuścił.

nichil iuris, dominii et proprietatis pro se suisque successoribus in eadem domo penitus reservando, sed cum totali ac plenario iure, prout solus tenuit, habuit et possedit, prout eadem domus in suis limitibus ac distanciis longe, late et circumferencialiter est limitata ex antiquoque tenta et distincta, a data presencium usque ad festum Nativitatis Domini immediate sequens, et a festo Nativitatis domini ad aliud, et sic ab anno ad annum usque ad plenariam solucionem dictarum quinquaginta marcarum tenere invadiavit et modo obligatorio obligavit. In quaquidem obligacione et possessione domus dicte ipse dominus Iohannes Olesky et eius posteritas fatum Sampsonem et eius successores ab omni persona sexus utriusque, prout ad aliquam personam prescripcio terrestris spectat, et presertim a fratribus suis germanis iunioribus, secularibus et spiritualibus, protegere et tueri est obligatus vigore sub presencium, hoc eciam adiuncto, quod quecunque in peccuniis, in mercanciis ac aliis rebus emptibilibus, alias kvpownymy, mater ipsius domini Iohannis Olesky, videlicet magnifica domina Barbara, ac fratres ipsius domini Iohannis Olesky germani sub literis suis sigillatis receperint et eciam quecunque ipse Sampson ad edificacionem ac constructionem pretacte domus lapidee apposuerit, has omnes peccunias ipse dominus Olesky sibi Sampsoni inscribere et recognoscere tenebitur. Si autem ipse dominus Olesky non protegeret aut ipsum de domo eadem aut per quempiam extirparet aut illas peccunias, quas mater sua cum fratribus eiusdem domini Iohannis super eandem domum, ut dictum est, receptis aut super edificia appositis non recognosceret, et ob hoc ipse Sampson aut sua posteritas dampnum aliquod pateretur, extunc illud dampnum non ipsius Sampsonis, sed ipsius domini Iohannis et eius successorum fieri debet, omni iuramento corporali excluso. Dum autem pro premissis ipse Iohannes Olesky aut sua posteritas per ipsum Sampsonem aut eius successores in ius terrestre Leopoliense cittaretur, extunc in primo termino parere et totam suam causam perdere debet, non evadendo ipsum Sampsonem pro his ullo iure, nec literis Regalibus, bello, expedicione, legacione, prescripcione, colloquio generali, vera aut simplici infirmitate, novis aut veteribus constitucionibus seu laudis terre, reclamacione aut reposicione terminorum causa belli, nec se excipiendo ad districtus alios pro maiori, neque aliqua re excogitata, que sibi Iohanni prodesse, eidem autem Sampsoni obesse videtur, et quicquid sibi in subsidium reciperet, eo toto causam suam perdet. Et iam in eodem primo termino fatus Sampson ipsum dominum Olesky in toto suo lucro, hoc est tam in peccunia quam in damno, condempnare potens erit, tanquam in termino peremptorio. Super que omnia ipse Sampson memoriale posuit, quod nos recepimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in iure terrestri Leopoliensi feria sexta proxima post Octavas Corporis Christi anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, presentibus ibidem generosis et nobilibus

dominis Nicolao de Syenyewa Iudice Terrestri Haliczyensi, Zebrzyd et Myklasch Herbortowye de Bruchnal, Nicolao et Paulo Klvssowye, Sigismundo de Kalyschany et aliis ad premissa testibus fide dignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 238. Na paskach pergaminowych zawieszone, na zwyczajnym wosku wyciśnięte, dwie pieczęci, z tych pierwsza sędziego znacznie uszkodzona, druga podsędka przedstawia odcisk herbu Odrowąż.

CVII.

W Krakowie 15. Lipca 1472 r.

Marek kardynał, legat papiezki i patryarcha akwilejski, pozwala Spytkowi z Melsztyna odprawiać przy przenośnym ołtarzu w Melsztynie i innych miejscach msze i inne czynności duchowne.

Marcus miseracione divina et sancti Marci sacrosancte Romane eclesie presbiter str. 53. cardinalis, patriarcha Aquiliensis ac apostolice sedis legatus, dilecto nobis in Christo Spitkoni heredi de Melsztyn . . . . [1]) nobili et domino temporali castri de Melsztyn Cracouiensis diocesis salutem in domino, sincere devocionis affectus. Continue ad Romanam geris eclesiam non indigne meretur, ut peticionibus illis tuis, presertim quas eciam devocionis fervore prodire conspicimus, quantum cum Deo possimus, favorabiliter annuimus. Hinc est quod nos devotis tuis supplicacionibus inclinati, ut liceat tibi altare portabile cum debitis reverencia et honore, super quo in castro tuo prefato et locis aliis ad hoc congruentibus et honestis posse per spiritualem vel alium sacerdotem idoneum, legittima interveniente causa, missas et alia divina officia absque tamen alicui iuris preiudicio in tua tueque uxoris liberorumque ac eciam familiarium tuorum ac aliorum domesticorum presencia facere celebrari, devocioni tue presencium tenore indulgemus. In cuius rei testimonium presentes litteras nostrique sgilli iussimus et fecimus appensione communiri. Datum Cracouie anno a nativitate domini 1472 Idibus Iulii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providencia Pape quarti anno primo.

Odpis ręką końca XV. wieku znajduje się w manuskrypcie biblioteki Zakładu nar. im. Ossolińskich pod nr. 1873 na stronie 53.

---

1) Wyraz 4-głoskowy nieczytelny, ostatnie trzy głoski są *ano* albo *avo*.

CVIII.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 12. Listopada 1472 r.

Kazimierz Jagiellończyk poświadcza, iż Przedbor z Koniecpola dwa tysiące złotych węgierskich, które jako posag i jako wiano wziął ze swą żoną Anną, zapisuje jej na dobrach swych w ziemi sieradzkiej powiecie radomskim i ziemi sandomirskiej powiecie chęcińskim.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Litwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium universis, quomodo in presencia maiestatis nostre et consiliariorum nostrorum personaliter constitutus, generosus Predborius de Conyeczpolye, curiensis noster fidelis dilectus, non compulsus, non coactus, neque aliquo errore devio seductus, quin imo sanus mente pariter et corpore existens, suorum amicorum salubri fretus consilio et matura deliberacione intra se prehabita, publice recognovit et per expressum fassus est, quod generose Anne, consorti sue legitime, nate magnifici Nicolai de Cuthno, palatini Lanciciensis, mille florenos Hungaricales, quos videlicet post eam in vim dotis recepit, scilicet septingentos racione patrimonii et tricentos racione matrimonii auri puri et iusti ponderis racione dotis et aliud mille florenorum similiter Hungaricalium aurique et ponderis eorumdem racione dotalicii in et super villis et hereditatibus suis videlicet Wyelgy Mlin, Trzepcze, Mysliczow, Lazow, Pollicto, Cruschyna, Zagorze, Zaleszye et Wola Grzybowska [1]) in terra Siradiensi et districtu Radomskye sitis, necnon villa Clodsko [2]) in terra Sandomiriensi et districtu Chaczinensi (*sic*) iacente, dedit, reformavit, inscripsit et assignavit, datque, donat, reformat, inscribit et assignat tenore presencium mediante per ipsam generosam Annam, consortem dicti Przedborii, prefata omnia bona et villas cum omnibus et singulis ipsorum bonorum et villarum fructibus, censibus, redditibus, allodiis, prediis, domibus, areis, edificiis, structuris, pecoribus, pecudibus, iumentis, frumentis, segetibus, agris, pratis, graminetis, graminibus, pascuis, ortis, ortulanis, pomeriis, arvis, thabernis, thabernatoribus, molendinis aquaticis et ventilibus, equestribus et braseorum ipsorumque emolimentis, theloneis, silvis, borris, nemoribus, indaginibus, gaiis, rubetis, quercetis, dumetis, vendicionibus lignorum alias wkwpy, sareptis, mellificiis, piscinis, lacubus,

---

1) Wielgomłyny, Trzebce, Myśliwczów, Łazów, Polichno, Kruszyna, Zagórze, Zalesie, wsie w województwie kaliskiem, powiecie radomskim. Woli grzybowskiej w tych stronach nie było można znaleźć.

2) Kłocko wieś w województwie kaliskiem powiecie sieradzkim.

paludibus, fluviis, fluminibus, piscaturis, riwis, rivulis et aquarum decursibus, laboribus, angariis, ducturis, proventibus, serviciis, ferrificiis, mineris, venacionibus, aucupacionibus, scultetis, sarris, daciis ac iure patronatus et quibuscunque solucionibus sive usibus, ceterisque pertinenciis et obvencionibus generaliter universis, quomodocunque nuncupatis, inventis sive inveniendis cumque omni iure, dominio et proprietate, nichil pro se aut suis successoribus in predictis villis et bonis Wyelgy Mlin, Trzepcze, Misliczow, Lazow, Pollicto, Cruschyno, Zagorze, Zalyesze, Wola Grzybowska et Clothsko penitus reservando et excipiendo, ita late, longe et circumferencialiter, prout eadem bona et ville in suis metis limitibus et graniciebus ab aliis distincte existunt et limitate, tenendum, habendum, utifruendum pacificeque et quiete possidendum iuxta laudum et consuetudinem regni nostri terrestrem a diu usque in hactenus tentam, habitam et servatam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Actum et datum in convencione generali Pyotrkowiensi feria quinta proxima post festum sancti Martini anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, presentibus reverendissimo reverendisque in Christo patribus dominis Iohanne sancte Gnesnensis Ecclesie Archiepiscopo et Primate, Iacobo Wladislauiensi et Andrea Poznaniensi Episcopis, necnon magnificis, generosis ac nobilibus dominis Iohanne de Pylcza Castellano, Derslao de Rythwany Palatino Cracouiensibus, Petro de Schamotuli Poznaniensi, Hincza de Rogow Sandomiriensi, Iohanne de Kalynowa Siradiensi, Andrea Crethcowsky Brestensi Castellanis et aliis quampluribus testibus fidedignis ad premissa.

Sbigneus de Oleschnicza
manu propria subscripsit.

Relatio venerabilis Sbignei de Oleschnicza
Regni Polonie Vicecancellarii etc.

Na odwrotnej stronie napis późniejszy, podający treść dokumentu, atrament drugiego napisu znikł prawie całkiem. Dokument oryginalny na pergaminie, pieczęć oderwana, pozostał tylko okrawek pergaminowy, na którym była zawieszoną. Własność zakładu nar. im. Ossolińskich nr. 539.

CIX.

(We Lwowie) 16. Grudnia 1472 r.

Ławnicy miasta Lwowa poświadczają, że pomiędzy cechem garbarskim a Katarzyną Mikulową stanął układ o odstąpienie mlyna do mielenia kory garbarskiej.

Wir . . Scheppen der Stat Lemborg Bekennen Offinberlichen Mit Lawte Desis briffis Allen, den is gebörit, das vor unsris ausgelegetis gehegetis dinges kekenwortikeit, das der Erber here lucas lindner, unser foit, vorwesete, personlichen steende dy gancze Czeche der gerber unsrir Stat, haben von der Ersammen frawen Katherina frawe Miculen, unser burgerin, vor sich und vor er henthwerk off erem erbe, das sy etczwen her Miclaschen appgekawft hot, eynen flecken, do vor er loömel gestanden hat, under dem nedersten teiche gelegen, off ewige czeit czu eyner loömel weder offgenommen in der mossen und greniczen, als sy vormols gestanden hot; In sulcher weyze, das en dy frawe Miculen die selbe loemöl selber an ere holffe gebawet hat, und sy haben sich vorflicht unde vorbunden mit eren nochkomlingen er der frawen Miculen und eren geerben do von czu ewigen tagen ierliches czinses czu geben zechste halbe marg gemeynis geldis, und fort mer sullen sy dy möle selber bawen, also oft als is en not wurde seyn, und is das wasser halben grosse flutte qweme, so sullen sy gutwilliclichen helffen dy temme bewaren und behelden, und dy frawe ader ere geerben sullen lossen mest darczu furen, also offte als is not tete, und were is sache das ober das ir tam an ir loemöl gelegen awsrysse, so sal en dy frawe ader ere geerben weder lossen schutczen und anrichten, und sy sullen mit erem Stamper ere wede haben off dem flecken obwennyg dem thamme an dem berge gelegin, Und der loestamper sal czu seynen notcze an der loemöl ein gertchen haben yn der weite, als is vormols gewest ist, und sal seyn fyhe also helden und vorwarn, das der frawen ader eren geerben von seynem fihe nicht schaden geschege an eren wezen, nedwennig dem thamme hinder dem flosse gelegin. Welcher sachen czu höcher bestendikeit habe wir unsris Scheppenamptis Ingesegil an dezen briff lossen hengen. Gegeben an der Metwoche nest noch Sinte Lucien tag der Iarczal unsris lieben hern Tawsenth vierhundert und Czwe und sebenczig Iar.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 240. Na pasku pergaminowym zawieszona na ciemnozielonym wosku wyciśnięta już tylekrotnie opisywana pieczęć ławników lwowskich. Ten sam układ znajduje się jeszcze w drugim exemplarzu w archiwum miasta Lwowa nr. 239 z tego samego dnia i roku także w niemieckim języku, lecz wystawiony przez rajców a nie przez ławników lwowskich, z zawieszoną na pasku pergaminowym na zielonym wosku wyciśniętą znaną pieczęcią rajców lwowskich.

CX.

W Lublinie 29. Marca 1473 r.

Piotr z Dąbrowicy sędzia i Andrzej z Leszcza podsędek ziemscy lubelscy, poświadczają zamianę wsi pomiędzy Janem z Lipin i z Zyrzyna, i Janem i tegoż synem Stanisławem z Gardzienic.

Nos Petrus de Dambrowicza [1]) iudex et Andreas de Lyeszcze [2]) subiudex terre Lyublinensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo veniens generosus Iohannes heres de Lypyny [3]) et de Zyrzyn [4]) personaliter constitutus publice et iudicialiter recognovit parte ab una et generosus Iohannes cum filio suo Stanislao heredes de Gardzynycze [5]) partibus ab altera non compulsi nec coacti, nulla vi fraudis aut doli circumventi, sed mente et corpore unanimi viva voce sani existentes ipsorum bonis de voluntatibus publice recognoverunt, inter se fecisse talem perpetuam bonorum hereditariorum seu villarum comutacionem in hunc modum: quia predictus Iohannes Lypyenszky dedit et perpetualiter comutavit prefato Iohanni et Stanislao de Gardzynycze villas ipsius et hereditates videlicet Zyrzyn, Borzyschow [6]), Nyebrzegow [7]) et Pogonow [8]) in terra Lyublinensi et districtu eiusdem sitas, cum omni iure, dominio et proprietate, videlicet domibus, curiis, kmethonibus, censibus, agris, aquis, pratis, campis, piscinis, silvis, molendinis et eorum emolimentis, fluviis, ryvulis, stagnis, lacubus, aquis et earum decursibus et cum omnibus coherenciis et pertinenciis, quibuscumque dicantur nominibus, ad predictas villas spectantibus, nichil excipiendo, prout ad predictas villas spectant et pertinent, nichil sibi iuris aut proprietatis in eisdem, suis posteris aut dominii ibi reservando videlicet in prefatis villis *(per)* predictos Iohannem et Stanislaum filium ipsius primi matrimonii easdem villas tenendas, habendas, utifruendas et per ipsorum successores vendendas, comutandas, prout ipsis aut ipsorum successoribus legittimis melius et utilius videbitur expedire. Et iam sibi coram iure realem et actualem dedit intromissionem per ministerialem Paulum in predictas villas

---

1) Dąbrowica, wieś w województwie lubelskiem. 2) Leszcze, wsi tego nazwiska w województwie lubelskiem nie ma. — Jest atoli wieś tego nazwiska w powiecie ropczyckim w Galicyi. 3) Lipiny, wieś w Lubelskiem. 4) Zyrzyń, wieś w województwie lubelskiem, powiecie kazimierskim. 5) Gardzienice, wieś w województwie lubelskiem, powiecie krasnystawskim. 6) Borysow, wieś w lubelskiem województwie, powiecie kazimierskim. 7) Takiej wsi w wojew. lubelsk. dziś nie ma. 8) Pogonów, wieś w województwie lubelskiem, powiecie kazimierskim.

ac hereditates videlicet Zyrzyn, Borzyschow, Nyebrzegow, Pogonow et hoc pro villis seu hereditatibus prefatorum Iohannis et Stanislai filii ipsius primi matrimonii videlicet Bolyeslaw [9]), Grandy [10]), Swyebodzyn [11]), Brzesznyza [12]) et medietatem ville Cana [13]) et cum navigio circa villam Pawlow Regalem [14]) in fluvio Visla, quod ad predictas spectat hereditates, que ville sunt site in terra Sandomiriensi et districtu Visliciensi, dedit et perpetualiter comutavit cum addicione quingentarum marcarum communis monete et numeri Polonicalium conswetarum. Qui Iohannes Lypyensky debet et tenetur predictos Iohannem et Stanislaum pro villis predictis ipsis comutatis videlicet pro Zyrzyn, Borzyschow, Nyebrzegow et Pogonow, ut descriptum est, tueri et intercedere debet a qualibet persona et a quolibet impedimento, secundum quod ad quam personam pertinet prescripcio, nulla prescripcione obstante. Et si ipsos non tuetur et ipsi aliquod dampnum exinde perceperint, hoc non debet esse ipsorum Iohannis et Stanislai, sed prefati Iohannis Lypyensky, pro quo dampno et tuicione prefata, si se servare promiserit, tunc hic in Lyublyn a suis districtibus omnibus recedendo parere debet et respondere, nullo modo terminum differendo, litteris regalibus, bello et colloquio pro maiori nec quovismodo, sub ammissione sue cause, et poterit ipsum condempnare alias zdacz in primo termino, sicut in peremptorio pro premissis. Harum quibus in testimonium litterarum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Lyublyn feria secunda proxima post dominicam Letare anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio, presentibus his generosis et nobilibus dominis Nicolao de Ostrow Tenutario in Kazymyrz, Iacobo de Przybyslawicze, Iohanne de Rogalow, Michaele de Kyerz, Iohanne Gurek de Plesczyn, Dobeslao de Pankraczowicze et Iohanne Conynszky de Konynszka Wolya, ac aliis quampluribus fidedignis testibus circa premissa existentibus.

Dokument oryginalny na pergaminie znajduje się w bibliotece Zakładu Narodowego imienia Ossolińskich. Pieczęć sędziego na pasku pergaminowym zawieszona pozostała nieco uszkodzona — Podsędka pieczęci zaś brakuje, pozostał tylko pasek pergaminowy. Pieczęć sędziego na zwyczajnym wosku wyciśnięta przedstawia po jednej stronie pieczęć większą z napisem w otoku, po drugiej pieczątkę sygnetową bez napisu. Napis odczytać się już nie dał. Herb zaś przedstawia lwa wspinającego się i w lewą stronę zwróconego, jest to zatem herb Lewart.

---

9) Bolesław z Brzeźnicą, wieś w Tarnowskiem, powiecie dąbrowskim. 10) Grądy z Borem, wieś w Tarnowskiem, w powiecie dąbrowskim. 11) Świebodzin z Kozierówką, wieś w Tarnowskiem, w powiecie dąbrowskim. 12) Brzeźnica przysiołek do Bolesławia. 13) Kanna, wieś w Tarnowskiem, powiecie dąbrowskim. 14) Pawłów, wieś w powiecie dąbrowskim.

CXI.

We Lwowie 2. Kwietnia 1473 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan Jura, wojski trembowelski, zaspokoil Jerzego Kunata i Jana, Jachnę i Annę rodzeństwo z Tuliglów za dział z dóbr Malechowa i Klekotowa, należący się im po matce Oluchnie i dziadzie Andrzeju.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Vissokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo ad nostram et aliorum dominorum, nobiscum protunc iudicio terrestri residencium, presenciam venientes personaliter nobiles Georgius Cunath et Iohannes frater suus unacum sororibus Iachna et Anna de Thuliglovy, non compulsi, nec coacti, neque aliquo errore devio seducti, menteque corpore existentes sani, coram iudicio eodem libere recognoverunt terrestri, quia ipsis generosus dominus Iohannes Iura, tribunus Trebowliensis, pro ipsorum sorte alias zadzal satisfecit, que super ipsos devoluta sint post matrem ipsorum olim nobilem Oluchnam et avum ipsorum olim nobilem Andream de bonis Malechow et Clekothow [1]), pro qua sorte perpetuum silencium ipsi Georgius, Iohannes, Iachna et Anna (perpetuum silencium [2]) habere debent cum posteritate quavis eorum. Ad que dominus Iura memoriale posuit, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in terminis particularibus feria sexta ante festum sancti Ambrosii proxima Leopoli celebratis anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Georgio Strumylo Succamerario, Iohanne Swynka Vexillifero, Petro Spyklosky Subpincerna, Iohanne Culykowsky Subdapifero Leopoliensibus, Iohanne Baschynsky, Sigismundo de Cályschany, Francisco de Dzyewyątnyky et aliis ad premissa testibus fide dignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 242. Na paskach pergaminowych zawieszone na zwyczajnym wosku wyciśnięte dwie pieczęci, pierwsza sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

---

1) Malechów wieś w powiecie lwowskim. Klekotów wieś w powiecie brodzkim. 2) Wyrazy w nawiasie niepotrzebnie pisarz powtórzył.

CXII.

We Lwowie 2. Kwietnia 1473 r.

Piotr z Branic sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Kunat z Tuliglów poręczył za brata swego Jana i siostry swe Jachnę i Annę, jako ci utrzymają przy swem znaczeniu zadośćuczynienie uczynione im przez Jana Jurę z dóbr macierzystych Malechowa i Klekotowa.

Nos Petrus de Brancze iudex necnon Iohannes de Vissokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo ad nostram et aliorum dominorum, nobiscum protunc iudicio terrestri residencium, presenciam veniens personaliter nobilis Cunath de Thuliglowy fideiussit coram iure nobili Iohanni Iura pro fratre suo nobili Iohanne et sororibus Iachna et Anna, quod hanc satisfactionem [1]), quam eis fecit prefatus Iura de bonis maternalibus, videlicet de Malechow et Clekvthow, firmam et non cassam tenere debent. Ad quod dominus Iura memoriale posuit, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria sexta ante festum sancti Ambrosii proxima in iure terrestri anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio, presentibus ibidem generosis et nobilibus dominis Georgio Strumylo Succamerario, Iohanne Swynka Vexillifero, Petro Schpyklosky Subpincerna, Iohanne Culykowsky Subdapifero Leopoliensibus, Iohanne Baschynsky, Nicolao et Paulo Clussowye, Vassyly Swystelnyczsky et aliis ad premissa testibus fide dignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 241. Na paskach pergaminowych zawieszone na zwyczajnym wosku wyciśnięte dwie pieczęci, z tych pierwsza sędziego z odciskiem herbu Hołobok, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

---

1) Porównaj dokument poprzedni nr. CXI.

CXIII.

W Lublinie 28. Kwietnia 1473 r.

Kazimierz Jagiellończyk zachowuje mieszczan lwowskich przy prawie dzierzawienia i rozsprzedawania swym ubogim drobnej soli z żup drohobyckich.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lythvanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quod licet famosi consules civitatis nostre Leopoliensis sal minutum penesticale dictum, ex zuppis nostris Drohobiczensibus proveniens, quod alias sibi arendare iure, ut dicitur, ipsis ad hoc competenti et vendere penesticis civitatis nostre Leopoliensis consueverant, utilitati profectuique civitatis eorum pauperumque hominum abundantie et sufficientie in hoc consulenti, sub certa pensione annua nobili Aynolpho Tetaldi de Florentiis, zuppario nostro Drohobiczensi, tanquam sciolo (*sic*), sal ipsum commodius certis pro communi usu dispensare arendarunt per ipsum et nomine suo penesticis ipsis vendendum; veriti tamen ne per dictum Aynolphum et alios zupparios Drohobiczenses successores ipsius temporum successu istud trahatur in sequelam, quod arendam et venditionem salis predicti forte vellent pro se quasi ex antiquo iure vel consuetudine in preiudicium consulum predictorum trahere, vendicare et usurpare, nobis humiliter supplicarunt, quatinus liceat ipsis sal predictum pro nutu et voluntate eorum personis eis beneplacitis arendare ipsamque arendam totiens, quotiens opus fuerit, et ipsis videbitur expedire, revocare ad interrumpendam sequelam predictam. Nos vero supplicationibus ipsorum tanquam iustis et rationi consonis benigniter annuentes et tanto quidem libencius quo magis consules ipsi ex ipsorum fidelibus obsequiis nostre maiestati complacuerunt, licentiam et facultatem omnimodam ipsis damus sal penesticale predictum pro iure ipsorum, si quod ipsis competit, in eodem personis, quibus voluerint, arendandi et arendam huiusmodi totiens quotiens revocandi, omnem sequelam, si quam pro se vel zupparii predicti sive quecunque alie persone ex arenda salis predicti apud consules eosdem facta trahere vellent et in proprietatem convertere, presencium tenore abolentes et irritam habentes, decernentesque ipsam in nullo arende consulum predicte et iuri ipsorum in nullo preiudicari posse in futurum. In quorum

omnium testimonium sigillum nostrum est appensum. Datum in Lublin feria quarta post Conductum Pasce proxima anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio.

Sbigneus Vicecancellarius manu propria subscripsit.

Relacio venerabilis Sbignei de Oleszuycza Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 243. Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta mniejsza pieczęć królewska. Zobacz Działyński Statut Litewski, tabl. VII., nr. 2.

CXIV.

W Kamieńcu 3. Maja 1473 r.

Stanisław z Chodcza, wojewoda ruski i podolski i starosta trembowelski i halicki, poświadcza, że Michałowi Wilczkowi, mieszczaninowi lwowskiemu sprzedał 700 wołów za 1400 złotych węgierskich; dalej że sumę tę już odebrał a woły dobrze wytuczone za rok odstawi, wreszcie że prócz tego pożyczył od tegoż Wilczka 500 złotych węgierskich, które ma oddać na najbliższą Wielkanoc.

In nomine domini Amen. Universis et singulis, omnibus, hanc litteram inspecturis, lecturis et audituris, et ad quorum noticiam hoc scriptum presens fuerit exhibitum, Stanislaus de Chothecz palatinus Russie, Podolie generalis, capitaneus Trebowliensis et Haliciensis, memorie comendamus presencium per tenorem, quomodo fecimus forum inter nos ex una parte, alia vero famosi domini Michaelis Vylczek, civis Leopoliensis, pro septem centis (*sic*) bovibus, quemlibet bovem pensando per duos florenos Hungaricales, qui quidem dictus Michael Vylczek civis Leopoliensis optulit (*sic*) nobis et in peccunia prompta dedit super predictos septingentos boves quatuordecim centa florenos Hungaricales, nos vero a data presencium in circuitu unius anni, videlicet pro festo Resurreccionis Domini futuro advenienti sibi domino Michaeli Vylczek civi Leopoliensi sumus obligati et per presentes obligamur, prefatos boves septingentos, bene incrassatos et inpinguatos, per totam hyemem, bene pabulatos, locare et exhibere in hereditate nostra taliter nuncupata Chlopy vel Sczyrzeczska Dambrowa [1]) omnino et certitudinaliter. Postremo fatemur per presentes,

---

1) Wieś nazwana Chłopy leży w powiecie rudeckim; nie umiem jednak powiedzieć, czy o niej tu mowa. Dąbrowy szczerzeckiej dzisiaj nie ma. Szczerzec sam jest miasteczko w powiecie lwowskim leżące. Czy obie tutaj użyte nazwy Chłopy i Szczerzecka Dąbrowa oznaczają jedną miejscowość lub dwie, trudno oznaczyć, nie wiedząc,

quomodo pro altera vice insuper recepimus quinque centa florenos Hungaricales in castro Camyeneczensi apud antefatum dominum Michaelem Vylczek civem Leopoliensem et hoc ad prefixum terminum, videlicet pro festo Resurrectionis Domini sumus obligati et per presentes obligamur solvere domino Michaeli civi Leopoliensi et satisfacere, et si aliquid ex divina clemencia nobis acciderit, quod nos Dei gracia forsan mors preveniret et migrare de hoc exilio contingerit (*sic*), extunc magnifica domina Barbara, consors nostra carissima, unacum filiis seu heredibus nostris tenetur solvere et satisfacere domino Michaeli civi Leopoliensi prefato ad prefixum tempus, aut eius successoribus legittimis ad hoc pertinentibus, qui presentem hanc nostram habuerint obligacionem, hos prefatos boves septingentos unacum quingentis florenis Hungaricalibus. Ceterum si dicto Michaeli Vylczek ad hoc tempus solucio non fuerit persoluta et satisfacta tam per nos, quam per nostram consortem carissimam dominam Barbaram et nostros legittimos successores, nos in hys scriptis summus (*sic*) obligati et per presentes obligamur, dicto domino Michaeli Vylczek civi Leopoliensi in quamcumque hereditatem nostram voluerit et sibi eligere velit, damus et concedimus eidem domino Michaeli Vylczek in quacumque hereditate nostra sibi placuerit omnimodam et plenariam facultatem, sibi et eius successoribus legittimis habendum, tenendum et possidendum nullo impedimento, condicione, iudicio, fatiga aut quovis alio modo repugnando seu contradicendo, nec aliquo iure seculari aut spirituali, longitudine, prescripcione aut quacumque re excogitata subsidiaria predictum dominum Michaelem Vylczek, et eius successores legittimos evadendo, sed integre et plenarie sibi et eius successoribus legittimis predictos septemcentos boves, unacum quinque centum (*sic*) florenis Hungaricalibus, dare et solvere summus (*sic*) astricti et obligati. Et quo non facto, quod prefato domino Michaeli Vylczek civi Leopoliensi aut suis successoribus legittimis ad prefixum terminum solucio non fuerit plenarie persoluta, extunc ut ante in premissis in quamcunque hereditatem nostram et dominium nostrum prefatus dominus Michael Vylczek civis Leopoliensis et sui successores legittimi, se intromittere velit et sibi elegerit, aut velint et elegerint, largimur et per presentes concedimus et damus omnimodam intromissionem in dominia nostra et hereditates nostras, quibus utimur, cum omni iure et dominio, necnon cum omnibus utilitatibus, censibus, redditibus, questibus, usibus, proventibus ad id pertinentibus, sibi domino Michaeli Vylczek civi Leopoliensi et suis successoribus legittimis, habendum, tenendum et possidendum, tamdiu donec sibi domino Michaeli Vylczek civi Leopoliensi condigna solucio per nos aut nostros successores legittimos fuerit persoluta et eius legittimis

---

w jakiem znaczeniu używa pisarz wyrazu *vel*; z liczby pojedyńczej *in hereditate nostra* wnosićby można, że mowa tu tylko o jednej wsi. W takim razie albo nazwa Szczerzecka Wola nie odnosi się do Szczerca pod Lwowem, albo też nazwa Chłopy nie do Chłopów w rudeckim powiecie.

successoribus, vel quo non facto, extunc quodcumque dampnum ipse dominus Michael Vylczek et sui successores perceperit seu perceperint, fecerit seu fecerint ob nonsolucionem predictorum septingentorum boum et quingentorum florenorum Hungaricalium, nostrum tale dampnum fore debet sine omni iuramento corporali duntaxat ad simplicem ipsius domini Michaelis Vylczek civis prefati assercionem. Insuper volumus et per presentes promittimus prefatum dominum Michaelem Vylczek civem Leopoliensem ab omnibus eius negociatoribus, quibus tenetur iustificari, solvere, ipsumque tueri et defendere, et pro ipso domino Michaele cive undique nos intromittere et interponere, et cum suis creditoribus et debitoribus pacem, tranquilitatem et concordiam facere, et signanter a domino Sthano Sigismundi cive Cracouiensi prefatum dominum Michaelem Vylczek penitus liberare et liberum effici, et sibi domino Sthano per nos aut nostros successores legittimos solvere et satisfacere specialiter, et absque cura prefati domini Michaelis Vylczek civis Leopoliensis. Cum ceteris vero debitoribus et creditoribus suis, et aliis negociatoribus, quibus tenetur prefatus dominus Michael Vylczek, ubicumque necesse fuerit, sive coram Regia maiestate sive coram alio iudicio, tam spiritnali quam seculari, pro ipso domino Michaele Wylczek prefato volumus nos interponere et ipsum intercedere, absque omnibus iniuriis, perturbacionibus, quociens opportunum fuerit et necesse, quousque famosus dominus Michael Vylczek civis Leopoliensis prefatus cum suis creditoribus, debitoribus, negociatoribus, quibus tenetur, et qui sibi obligantur, unitatem et omnimodam consequetur conposicionem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum, quo utimur, in zona sericea rubei coloris, ab extra de cera simplici, intus vero viridi, iussimus appendi et apponi. Actum et datum in castro Cameneczensi feria secunda ipso die Invencionis Sancte Crucis in cubiculo nostro speciali anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio, presentibus ibidem providis et circumspectis dominis Bartholomeo Advocato antiquo, Iohanne Selatore Consulibus, Stanislao Gladiatore, Bernhardo genere Cracowski civibus de Camyenecz, testibus vocatis in fidem premissorum.

Oryginał pergaminowy bardzo okrągłem pismem pisany w archiwum miasta Lwowa nr. 244. Na sznurku amarantowym z peli jedwabnej zawieszona na ciemnozielonym wosku wyciśnięta sygnetowa pieczęć Stanisława z Chodczy z odciskiem herbu Odrowąż.

CXV.

W domu Jakóba z Pantelowic, kustosza przemyskiego, 21. Lipca 1473 r.

Notaryusz publiczny poświadcza, jako magister Klemens, prokurator Rusinów z Kościejowa, Zaszkowa i Zarudziec doręczył w jego obecności kustoszowi Jakóbowi apelacyą tychże Rusinów od wyroku jego do papieża Sykstusa IV.

In nomine domini Amen. Sub anno nativitatis Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio, indictione sexta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Sixti divina providencia Pape quarti anno ipsius secundo, die vero Mercurii, vicesima prima Iulii, hora vesperarum, vel quasi, in domo et in pallacio venerabilis viri domini Iacobi de Panthelouicze, custodis Premisliensis, vicarii in spiritualibus generalis, in mei imperiali auctoritate notarii publici et testium infrascriptorum, ad hoc vocatorum et rogatorum, presencia constitutus personaliter circumspectus magister Clemens procurator et nomine procuratorio Ruthenorum de Chosczeyow, Zaszkow et Zarudcze [1]), tenens et habens suis in manibus quandam cartam papiream, tenorem appelacionis in se continentem, ipsam prefato domino magistro Iacobo iudici interposuit, insinuavit, publicavit et notificavit. Cuius appellacionis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Coram vobis venerabilibus et honorabilibus et discretis viris hic presentibus et astantibus teque notario publico, tanquam persona autentica et fideli, procurator laboriosorum Ruthenorum et kmethonum villarum Cosczeyow, Zaszkow et Zarudcze nomine procuratorio provocat, appellat atque dicit, quod licet venerabilis magister Iacobus, custos Premisliensis necnon iudex subdelegatus per venerabilem dominum Iohannem, prepositum de Przeworszko, iudicem commissarium principalem, sentenciam de et super annonis aliisque proventibus ecclesiasticis eclesie in Cosczeyow et contra eosdem Ruthenos dictarum villarum Cosczeyow, Zaszkow et Zarudcze tulerit et promulgaverit, cum prenominati Rutheni easdem annonas et alios proventus eclesiasticos non tenentur solvere neque ex privilegio nec ex aliquo iure, dum idem Rutheni ab erectione dictarum villarum de nova radice sedent, tum eciam neque plebanus in Cosczeyow eisdem Ruthenis aliquod servicium exhibet, racione cuius servicii ipsi Rutheni dent ipsi plebano annonas et alios proventus

---

1) Kościejów, Zaszków, Zarudce wsie w powiecie lwowskim do lwowskiego klasztoru OO. Dominikanów należące.

solvere. Ex premissis igitur et quolibet premissorum senciens prenominatos Ruthenos fore gravatos timensque in post plus posse gravari atque ledi ad sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum Sixtum divina providencia Papam quartum modernum eiusque sanctam sedem apostolicam in hys scriptis provocat et appellat, et appellans primo instanter, secundo instantius, tercio instantissime, si qui est michi eos dare velit aut possit, saltem a te notario publico literas testimoniales in fidem et testimonium omnium premissorum subiciens prenominatos Ruthenos tuicioni proteccioni sedis sancte.

Super quibus omnibus premissis prenominatus procurator petivit a me notario publico unum vel plura publicum sive publica instrumenta seu instrumentum et hoc presens publicum instrumentum. Acta sunt hec anno, indictione, pontificatus, die, mense, hora et loco, quibus supra, presentibus ibidem Alberto de Schamotuli et Casparo de Premislia testibus circa premissa vocatis et rogatis.

Dokument na kawałku niezgrabnie ukrojonego pergaminu w bibl. OO. Dominikanów lwowskich. Pieczęci nie było żadnej.

CXVI.

W Opatowcu 1. Grudnia 1473 r.

Kazimierz Jagiellończyk dla wynagrodzenia zasług pozwala Jakóbowi Zaklice z Międzygórza wykupować dobra królewskie w którejkolwiek ziemi położone.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quia animadvertentes preclare fidei merita et serviciorum constanciam generosi Iacobi Zaklika de Miedzigorza [1], curiensis nostri fidelis dilecti, quibus nobis placere studuit, volentes eundem graciis nostris reddere consolatum et ad ulteriora servicia efficere inflamanciorem et cupidiorem, sibi bona nostra regalia in quacunque terra et districtu situata, quibuscunque nucupentur (*sic*) nominibus, de manibus quarumcunque personarum redimere et eximere concessimus et admisimus, concedimusque et largimur tenore presencium mediante, dantes eidem et concedentes plenam et omnimodam facultatem suisque successoribus legittimis eadem bona cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus et proventibus,

1) Międzygorze, tej nazwy wieś leży jedna w powiecie brodzkim, druga w tłumackim.

quibuscunque fuerint vocati nominibus, tenere, possidere pacifice et quiete, iuxta vim, tenorem et continenciam priorum literarum super eadem bona, que eximerit, per nos aut per predecessores nostros iuste et legittime datarum et concessarum, iuribus tamen nostris et stacionibus nullomodo ommissis. Volentes insuper et promittentes summas salis sibi per nos in litteris quittativis (*sic*) largitas secundum debitam earum taxam cum his septuaginta florenis, quos, cum in certo numero equorum nobis se in servicio paratum exhibuit, aliorum curiensium more dare debuimus in eisdem bonis, que de manibus quarumcumque personarum, ut pretactum est, in summis iuste eisdem inscriptis et obligatis inscribere et summe capitali adiungere. Quod cum factum fuerit de restitucione presencium literarum nobis tenebitur respondere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum iussimus subappendi. Datum in Opathowiecz [1]) feria quarta in crastino sancti Andree apostoli anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio.

Sbigneus de Oleschnicza Vicecancellarius
manu propria subscripsit.

Na odwrotnej stronie dwa napisy późniejsze, podające treść dokumentu. Prócz tego zaś napis:

Russia 1564, 20 die Ianuarii oblate et revise in conventu regni Varssoviensi.

Dokument oryginalny, na pergaminie. Pieczęć oderwana, pozostał tylko okrawek pergaminowy. Własność zakładu nar. im. Ossolińskich nr. 596.

CXVII.

We Lwowie 5. Stycznia 1474 r.

Grzegorz z Sanoka, arcybiskup lwowski, Stanisław z Chodcza, wojewoda ruski, Paweł ze Sprowy Odrowąż lwowski, Dobiesław ze Żyrawicy przemyski, Jakób z Buczacza halicki kasztelanowie i Rafał z Jarosławia, podkomorzy przemyski i starosta ruski, poświadczają, że odebrali od rajców lwowskich szkatułkę z dokumentami, złożoną u nich do przechowania w dniu 31. Lipca 1454 r.

Nos Gregorius Dei gracia sancte metropolitane Leopoliensis eclesie archiepiscopus, Stanislaus de Chodecz pallatinus terre Russie, Paulus de Sprova Odrovansch Leopoliensis,

1) Opatowiec miasteczko nad Wisłą naprzeciw ujścia Dunajca.

Dobeslaus de Ziravycza Przemisliensis, Iacobus de Buczacz Haliciensis castellani, et Raphael de Iaroslaw succamerarius Przemisliensis et capitaneus terre Russie generalis, significamus per presentes, quibus expedit universis, quomodo nobiscum ceteris predictarum terrarum dignitariis et terrigenis, pro festo Circumcisionis et diebus sequentibus anno infra notato in Leopolye (*sic*) convencionem celebrantibus, consules eiusdem civitatis Leopoliensis cistam cum omnibus privilegiis et literis terrarum Russie concernentibus in ea contentis per magnificos et generosos dominos Andream Odrovansch de Sprova pallatinum et capitaneum terre Russie generalem, Iohannem de Pylcza modernum castellanum Craconiensem, Iohannem Kmytha de Vyschnicze Leopoliensem, Petrum de Prochnyk Przemisliensem, Vanko de Kwaschilowo Chelmensem, Iohannem de Knyehnicze Haliciensem castellanos et Georgium Matiashovicz de terra Sanocensi, ut in priori litera [1]) notati sunt, ipsis consulibus prefatis in pretorium ad fideles manus depositam in stuba venerabilium dominorum canonicorum Leopoliensium, ad requisicionem nostram nobis cum in consilio pariter residebamus integram et illesam effectualiter presentaverunt et extradiderunt. De quibus omnibus et singulis literis prefatis, ut premittitur, dictis consulibus depositis, et nunc nobis plene restitutis, consules eosdem presentibus quittamus et liberos pronuncciamus perpetim (*sic*) et in evum. Promittentes ipsos occasione earundem literarum extradicionis ab omnibus Leopoliensis, Przemisliensis, Sanocensis, Haliciensis et Chelmensis terrarum dignitariis et terrigenis omni tempore tueri et intercedere et omnimode conservare indempnes. In cuius evidenciam maiorem sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum in Leopolye (*sic*) feria quarta proxima ante festum Epifaniarum Domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 245. Na paskach pergaminowych zawieszonych było sześć pieczęci, z tych pierwsza arcybiskupa Grzegorza z Sanoka na czerwonym wosku wyciśnięta (opisana już w tomie V. str. 180 i 181) przedstawia odcisk herbu Strzemię; druga na ciemnozielonym wosku wyciśnięta wojewody Stanisława z Chodcza przedstawia odcisk herbu Odrowąż; trzecia Pawła ze Sprowy oderwana; czwarta malutka sygnetowa Dobiesława ze Żyrawicy na zielonym wosku wyciśnięta znacznie zatarta przedstawia, zdaje się, odcisk herbu Ślepowron bez wszelkiego napisu w otoku; piąta Jakóba z Buczacza na ciemnozielonym wosku wyciśnięta przedstawia odcisk herbu Habdank; wreszcie szósta na takim samym wosku wyciśnięta Rafała z Jarosławia przedstawia odcisk herbu Leliwa.

---

1) Zobacz tom V. nr. 136, dokument wystawiony we Lwowie 31. lipca 1454 r.

CXVIII.

W Korczynie 10. Marca 1474 r.

Kazimierz Jagiellończyk uwalnia mieszczan krośnieńskich od wszelkich ciężarów na lat ośm.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Litwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus per presentes, quibus expedit universis, quomodo animadvertentes damna et incomoda civium civitatis nostre Crosnensis [1], que durantibus gwerris ex hostium impetuoso ingressu, quorum invalescencia et insultu suburbium memorate civitatis ignis voragine invasit consumptum et conflagratum, haud modice sustulerunt impensasque eorum graves, quibus civitatem eandem custodientes ab hostili intercepcione onerati persistunt, volentes itaque eosdem de nostre specialis gracie munificencia pro iisdem reddere consolatos, ut aliquantisper resipiscere damnaque sua utcunque recuperare possent, ipsis et cuilibet illorum libertatem ab omnibus censibus, redditibus, exaccionibus, contribucionibus theloneisque et aliis solucionibus nostris quibuscunque, nullis exclusis, infra hinc a data presentium et octo annorum se continue et immediate sequencium decursum dedimus, donavimus et largiti sumus, ac damus, donamus et largimur tenore presentium mediante. Quocirca vobis magnificis strenuis, generosis, nobilibus, famosis et providis pallatinis, castellanis, capitaneis ceterisque dignitariis, theloneatoribus, magistris civium et consulibus civitatum, opidorum et villarum, per et infra regnum nostrum ubilibet constitutis, presentibus requirendis, sincere et fidelibus nostris dilectis, committimus et mandamus, omnino habere volentes, quatinus huiusmodi libertatem dictis civibus Crosnensibus, per nos, prout premittitur, largitam, in omnibus et per omnia firmiter et inviolabiliter tenere et observare debeatis, nec eosdem occasione exaccionum quarumcunque et thelonei ac podwodorum quoquomodo impedire, turbare et molestare presumatis ad dictorum usque octo annorum decursum et expiracionem: lapsis vero dictis octo annis ad omnium premissorum solucionem et exhibicionem dictos cives astrictos et obligatos esse volumus. Harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum in Nowa Civitate Corczin feria quinta post dominicam Reminiscere proxima anno domini MCCCC septuagesimo quarto.

Sbigneus Vicecancellarius manu propria subscripsit.

Relatio reverendi patris domini Sbignei Electi Confirmati Ecclesie Wladislauiensis et Regni Polonie Vicecancellarii.

Acta Officii consularis Leopoliensis T. I. 1475, pag. 251, nr. 700.

1) Krosno miasto powiatowe w Galicyi.

CXIX.

W Pilźnie 3. Kwietnia 1475 r.

Otto z Plechowa sędzia i Jan z Biechowa podsędek ziemscy sandomirscy poświadczają, że Anna córka Jasia z Zglobic wraz z mężem swym Stanisławem sprzedali część swoją w Zglobicach Abrahamowi z Chotowa za 120 grzywien, za konia wartości 15 złotych węgierskich i za futro królikowe wartości trzech grzywien.

Nos Otho de Plechow Iudex et Iohannes de Byechow subiudex terre Sandomiriensis generales significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo coram iudicio terrestri personaliter constituti nobiles Anna cum Stanislao viro suo, filia Iasz de Zglobieze [1]) heredes non compulsi, nec coacti, nullo erroris devio seducti, sed mente et corpore sani existentes, publice recognoverunt, quia vendiderunt totam ipsorum porcionem hereditariam, quam habuerunt in Zglobieze, nobili Abrahe de Chotowa heredi, cum omni iure et dominio, videlicet agris, campis, pratis, pascuis, pascariis, censibus, fructibus, utilitatibus, usibus, donacionibus, angariis, silvis, borris, gaiis, rubetis, mericis, indaginibus, nemoribus, venacionibus, piscinis, piscariis, fluviis, aquis, molendinis ac ipsorum emolimentis, necnon cum omnibus et singulis pertinenciis, quibuscumque dicantur nominibus, nichil excipiendo, prout ad predictam ipsorum hereditatis porcionem spectant et pertinent, pro centum et viginti marcis proprie pecunie [2]) communis monete et numeri polonicalis consueti, et pro equo valoris quindecim florenorum ungaricalium puri auri, veri et iusti ponderis, et pro pellicea Crelykowy valoris trium marcarum pecuniarum comunium. Et iam sibi coram iure dederunt intromissionem per ministerialem Zonka et debent ipsum tueri et intercedere a qualibet persona iuxta iuris formam, secundum quod ad quam personam pertinet prescripcio. Harum quibus in testimonium harum (*sic*) sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in Pylzno feria secunda post Conductum Pasche proxima anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, presentibus his nobilibus Dobeslao de Chischow, Dobeslao de parvis Coszczicze,

1) Zgłobice wieś w powiecie tarnowskim.

2) Tutaj przed wyrazem *pecunie* jest na boku dopisany wyraz krótki nieczytelny, atoli tą samą ręką i tym samym atramentem, co cały dokument był pisany.

Nicolao de Lyatoschyn, Iohanne de Strzezow. Nicolao de Zarnowyecz, Iohanne de Zlotha, ac aliis quampluribus fidedignis testibus.

Dokument oryginalny na pergaminie w archiwum Zakladu narod. Imienia Ossolińskich. Pieczęci brakuje, pozostały tylko dwa paski pergaminowe. Na zewnętrznej stronie dokumentu znajdują się napisy z 18. wieku, zawierające treść dokumentu po łacinie i po polsku.

CXX.

Na sejmie walnym w Korczynie 7. Lipca 1475 r.

Kazimierz Jagiellończyk poznawszy przywileje mieszczan czeszkowickich, uwalnia ich od opłaty ceł, a dnia 16. maja 1485 r. w Krakowie ponawia to uwolnienie.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo constituti personaliter coram nobis providi cives nostri de Czeszkowicze, fideles dilecti, productis literis infrascriptis super prerogativis certis, per nos ipsis concessis, petiverunt per nos ipsis innovari, ratificari et aprobari, quarum sequitur tenor in hec verba.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. universis et singulis palatinis, castellanis, capitaneis, tenutariis, burgrabiis, procuratoribus civitatum et opidorum senioribus theoloneatoribusque, ac aliis quibuscunque officialibus, per et infra regnum nostrum ubilibet constitutis, presentibus requirendis, sincere et fidelibus nostris dilectis graciam Regiam cum favore. Magnifici, generosi, nobiles, famosi et providi, sincere et fideles nostri dilecti. Revisis dudum cognitisque literis et munimentis opidanorum nostrorum de Czeszkowycze, [1]) quibus certis ex respectibus Regali nostra ac predecessorum nostrorum munificencia a theoloneorum solucione et daciarum extitunt (*sic*) liberati, exempti et absoluti, vobis universaliter, ne quisquam ex ipsis opidanis huiusmodi theloneorum soluciones recipere auderet, iniunxisse meminimus. Nunc vero ex deposicione eorundem querulosa percepimus, quod aliqui vestrum, nescitur qua presumptiositate ducti, ipsos ad solucionem theloneorum huiusmodi preter ipsorum iura, spretis mandatis et inhibicionibus nostris, in certis locis cogunt et astringunt; de quo male contenti sumus, nostre enim voluntatis est, ut unusquisque subditorum

1) Dzisiaj Ciężkowice miasteczko w powiecie grybowskim.

nostrorum in suis iuribus illese conservetur, et ideo vobis universaliter et vestrum cuilibet seorsum firmis nostris committentes in mandatis, quatinus memoratos opidanos nostros et eorum quemlibet ad solucionem talium thelonealium solucionem (*sic*) deinceps in locis quibuscunque cogere astringereque minime debeatis aut presumatis, sed eos cum rebus eorum euntes libere secureque transire sine quovis impedimento et arrestacione permitatis et permiti faciatis eosque circa iura ipsorum conservando, et aliter ulla racione non facturi. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subimpressum testimonio literarum. Datum in convencione Nove Civitatis Korczyn generali feria sexta infra octavas Visitacionis gloriosissime Virginis Marie anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto.

Sbigneus Episcopus Wladislauiensis Vicecancellarius subscripsit.

Nos tandem simplici opidanorum predictorum peticione promoti (*sic*) de nostra virtute benignitateque Regia literas preinsertas ipsis innovavimus roboravimusque et confirmavimus, ac innovamus, roboramus et confirmamus tenore presencium mediante, mandantes vobis universis palatinis, castellanis, capitaneis, tenutariis, burgrabiis, magistris civium, consulibus, dignitariis, theloneatoribus ceterisque indigenis et officialibus regni nostri, presentibus requirentes, quatinus iuxta preinsertarum literarum continenciam opidanos predictos circa libertates et prerogativas predictas concernandas, (*sic*) supra solucionem theloneorum predictorum non impetatis unquam, aliter facere non ausuri. In premissorum itaque testimonium sigillum nostrum est presentibus subimpressum. Datum Cracouie feria secunda in crastino sancte Zophie anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto.

Creslaus Cancellarius subscripsit.

Ad relacionem venerabilis Creslai de Kuroszwąky Regni Polonie Cancellarii.

Acta Officii consularis Leopoliensis T. I. 1487 p. 525 Nr. 1447.

CXXI.

W Gwoździcu 5. Października 1475 r.

Prokopowicz z Gwoździca, podczaszy halicki, funduje i uposaża kościół parafialny w Ostapkowcach na cześć Zwiastowania N. Panny Maryi.

In Nomine Domini Amen. Ne res gesta in tempore simul cum decursu temporis ad humanam videatur devenire oblivionem, ipsam necessarium est litterarum ac fidedignorum testimonio firmiter roborare, proinde nos Procopowicz de Gozdecz [1]), suppincerna Hali-

---

1) Gwoździec miasteczko w powiecie kołomyjskim.

cziensis, significamus tenore presencium universis, presentes visuris, quod considerantes, quod dignum et consonum humane menti et presertim generose videtur racioni bona queque in meliora et in optima meliora convertere et commuttare, sempiternaque celestia pro temporalibus acceptare cupientes, mercedem pro operibus nostris bonis ab altissimo recepturi, sani mente et corpore existentes, sanoque et maturo desuper nostrorum freti consilio amicorum, ecclesiam ad laudem et gloriam Dei omnipotentis eiusque gloriosissime matris Virginis Marie Anunciacionis, beatique Iohannis Baptiste, ac eciam sancte Crucis Inventionis et Exaltacionis in oppido nostro Ostapkowcze [2]) noviter locando fundavimus, et de radice nova ereximus, nostrorum predecessorum ac nostre, consortisque nostre pro salute animarum ac peccaminum remissione, quam ut sit aliquibus adaucta suffragiis et nonnullis adornata proventibus, et ut in ea cultus augeatur divinus, dotavimus et presentibus dotamus, adiungentes eidem infrascripta, et incorporantes primo appendium ville Gozdzecz alias Przyssyolek dictum Zyelenyowcze [3]) super eodem rivulo [4]) de Gozdzecz decurrente, in qua duodecim integras plebanus pro tempore existens potest habere areas, cum omni iure et dominio nichil iuris et proprietatis dominiique pro nobis et nostris successoribus in eadem reservando cum omnibus campis, pratis, silvis, mericis, a diu ad ipsam pertinentibus, et cum piscina, quam Albus fundavit Iohannes in latere piscine magne versus pascua duntaxat pro nobis et nostris eximentes successoribus, quod incole predicte Zyelenyowcze aggerem piscine magne seu molendini in Gozdzecz, et cum aliis hominibus nostris nunc citatis tempore debebunt et tenebuntur reformare omnesque cuiuslibet grani mensuras de Zielenyowcze ad molendinum nostrum ubique ad molandum (*sic*) ducentes, plebani pro tempore existentes pro se tollendi habebunt potestatem, habebuntque incole eiusdem Zyelenyowcze in silvas nostras et mericas peccora et peccudes benivolam impellendi libertatem et plebanus seu plebani pro tempore existentes decimam eorumdem iuxta terre consuetudinem, plenam pro se tollendi et recipiendi habebunt facultatem; damusque et ascribimus eidem ecclesie, seu plebano pro tempore existenti agros, quantum necessarii fuerint, colere et seminare, cum prato, qui dicitur Woynyczowska, et si impost quoquomodo opido emensurabiles contigerit habere laneos, extunc pro agricultura plebani tres lanei in bonis Gozdzecz seu Ostapkowcze, ubi melior reperiretur terra, emensurare debebunt. Damus eciam et adiungimus plebano ecclesie ipsius pro tempore existenti decimam capeciem cuiuslibet grani ubicunque homines nostri in bonis nostris ad Gozdzecz pertinentibus pro curia nostra araverint, et unam sexagenam de qualibet piscine magne demissione habebitque

2) Ostapkowce wieś w powiecie kołomyjskim nie mająca dzisiaj kościoła.

3) Takiego przysiołka dzisiaj znaleść nie można.

4) Gwoździec leży nad rzeczką Czerniawą.

plebanus pro tempore existens barsa et tragimine diebus ieiunabilibus et aliis, quibus non comeduntur carnes, pro mensa sua plenam pisces prandendi facultatem, homines vero fidei orthodoxe, ubicunque in bonis manserint, videlicet Ostapkowcze, Gozdzecz magna et Malogozdecz, Wydinow, Rudnyky, Brzeszany, Sroky et Kamyonc [5]) et agros coluerint, sive sint scismatici, qui aream katholici possiderint, per unam Czethfierthnyam tritici, per unam siliginis, et per unam avene, qui vero non coluerint, hi per unum grossiculum pro festo Pasche et per (*alium pro festo sancti*) Michaelis dare sint astricti. Si vero quidem . . . . . . [6]) tat prefata bona Zielenyowcze per aliquorum piam . . . . . [7]) ma . . . . . [8]) existenti quoquomodo contingat devastari, grani de censibus nostris bonorum superius descriptorum decimum grossum tamdiu donec predicta bona taliter, qualiter inantea fuerint, meliorabuntur et reformentur (*sic*). Damus eciam eclesie pro ministro seu magistro de omnibus hominibus de Ostapkowcze, tam katholicis, quam scismaticis, in iure Theutunico residentibus, per unum grossiculum pro festo Pasche, et per alium pro festo sancti Michaelis, et de aliis bonis supranominatis de censu nostro cuiuslibet integre aree unum grossiculum annuatim. Damus insuper eidem cum duobus scolaribus ad mensam nostram veniendi benivolentie libertatem; cum vero neglexerit venire, extunc quatuor panes, unam assaturam et unam amphoram cervisie in valore unius grossiculi dare obligamur. Datum in Gozdzecz feria quinta post beati Francisci festum proxima anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, presentibus reverendissimo in Christo patre et domino, domino Gregorio sancte Ecclesie Metropolitane Leopoliensis Archiepiscopo, generosisque et nobilibus Michaele Pothfilipsky, Iohanne de Balincze, Stanislao Cziesielsky Advocato Snyathinensi, Stanislao Thopol(s)ky Notario publico, et quam pluribus fidedignis circa premissa. Quorum omnium melius in testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum.

Oryginał na pergaminie będący własnością kapit. lwow. obrz. łac. (Loc. 19. Nr. 6) w jednem miejscu znacznie uszkodzony, przytem z powodu wypełznięcia w kilku miejscach nieczytelny. Na sznurze jedwabnym koloru amarantowego zawieszona pieczęć wystawiającego tenże dokument, a wyciśnięta na ciemnym wosku. Tło pieczęci w wielkości jednego centa przedstawia odcisk herbu Korczak czyli Wręby. Niesiecki podaje wprawdzie familię Prokopowiczów jako szlachecką, ale innego herbu i przebywającą w innych stronach Polski. Na zewnętrznej stronie pergaminu kilka polskich całkiem późnych napisów.

5) Wydynów, Rudniki, Soroki i Kamionka wsie w wielkiem kole na około Gwoździca i Ostapkowic leżące. Dwie pierwsze leżą nawet już po drugim brzegu Prutu. Brzeżan w okolicy tej nie mogłem odszukać. Obok dzisiejszego miasta Gwoździca leżą wsie Gwoździec mały i Gwoździec stary. Ostapkowce są dzisiaj wsią.

6) Kilka liter wypełzniętych.

7) Jeden wyraz wypełznięty.

8) Cztery lub pięć wyrazów częścią wydartych, częścią wypełzniętych.

CXXII.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 21. Sierpnia 1476 r.

Kazimierz Jagiellończyk zwalnia mieszczan lwowskich od opłaty podatku na lat ośm.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo attendentes civitatem nostram Leopoliensem metis et partibus hostilibus esse contiguam et obiectam crebrisque incursionibus Thartarorum exagitatam ac obinde circa reformacionem et fortificationem suam, quo tucior et securior ab hostili impedimento, presertim tamen ab invalescencia Thurcorum, terram Walachie nunc populancium, de qua sibi reformidat, fieret, continue fuisse sollicitam et intentam ac iugi et accurita (*sic*) indigere custodia et vigilia, volentesque propterea civitatis nostre Leopoliensis predicte meliorem efficere condicionem ac ipsam in suo huiusmodi onere, quod ferre pro conservacione et tutamento sui cogitur, utcunque nunc possumus, munificencia nostra Regali consolari et relevare, damus et concedimus sibi libertatem a die date presencium ad octo annos, continue et immediate se sequentes, a solucione omnium contribucionum et exactionum civilium, si que medio tempore in Regno nostro et in terris Russie instituerentur, ipsasque contribuciones et exactiones civibus et incolis civitatis eiusdem remittimus et indulgemus per presentes, in eum tamen finem et respectum, ut tali gracia per nos supportati et adiuti, refectioni menium fossatarumque et vallorum ac aliorum propugnaculorum civitatis eiusdem predicte tanto comodius et diligencius intendant et insistant. Quocirca tibi magnifico Raphaeli de Iaroslaw, capitaneo Russie generali, ac aliis capitaneis pro tempore existentibus committimus et mandamus, quatinus cives et incolas civitatis Leopoliensis predicte in huiusmodi libertate nostra ipsis concessa per tempus predictum conservetis et conservari faciatis, in nullo eidem contraventuri. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in convencione generali Pyotrkouiensi feria quarta ante festum beati Bartholomei Apostoli anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Sbigneus C subscripsit.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 247. Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta mniejsza pieczęć królewska. Zobacz Działyński Statut Tabl. VII. nr. 2.

CXXIII.

W Bełzie 27. Października 1476 r.

Kazimierz Jagiellończyk poświadcza, że mieszczanie krakowscy zobowiązali się z własnej woli na obronę Podola i Mołdawii od Turków wypłacić podatek po dwa grosze od grzywny a zarazem oświadcza, że podatek ten na przyszłość nie będzie w niczem uszczuplał ich praw i przywilejów.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris, harum noticiam habituris, quomodo spectabiles et famosi consules ac tota communitas civitatis nostre Cracouiensis, fideles dilecti, zelo affeccionis erga nos et Rempublicam Regni nostri inducti et acclinati, attendentes eiusdem Regni nostri et Reipublice non mediocrem necessitatem et cupientes eidem pro eorum viribus consulere, in daciam seu exaccionem civilem a qualibet marca per duos grossos taxatis eorum bonis, pro tuicione et defensione terrarum nostrarum Podolie et Moldanie a Thurcorum impetu, hostium Regni nostri et tocius Christiane religionis impetu et incursu, non aliquo ex debito iure, conswetudine aut sequela impulsi aut coacti, sed pocius de mera, libera et spontanea voluntate nobis dandum consenserunt et annuerunt. Quorumquidem consulum et civium nostrorum Cracouiensium zelum, benivolenciam et affeccionem reciproca vicissitudinis gratitudine compensare volentes, prefatam exaccionem duorum grossorum a marcis nobis liberaliter et spontanea (*sic*) oblatam, non intendimus, nec volumus; ymmo pocius promittimus et spondemus, non trahere aut usurpare in conswetudinem aut sequelam, nec per hoc eorum iuribus, privilegiis, libertatibus [1]), emmuniментis et graciis, a nobis aut predecessoribus nostris datis quomodolibet vel concessis, in aliquo successu temporum derogabimus seu detrahemus, ymmo verius eadem et quevis alia eorum iura in omnibus eorum punctis, clausulis, capitulis, articulis et condicionibus universis per omnia sana, salva et inviolabilia conservabimus perinde valitura ac si nunquam dicta exaccio seu contribucio duorum grossorum civilis ab eisdem foret exacta et recepta. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Datum in Belz dominico ante

1) *libertatibus* dwa razy obok siebie napisane w oryginale.

festum sanctorum Simonis et Iude Apostolorum anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Stanislaus Vicecancellarius manu propria subscripsit.

Relacio Venerabilis Stanislai de Cwrozwaky (*sic*) Canonici Cracouiensis et Regni Polonie Vicecancellarii.

Pergaminowy oryginał dobrze zachowany w bibl. hr. Włodz. Dzieduszyckiego. Pieczęć oderwana, pozostał tylko pasek pergaminowy. Na odwrotnej stronie pergaminu kilka napisów podających treść dyplomu.

CXXIV.

W Brześciu Ruskim 20. Kwietnia 1478 r.

Kazimierz Jagiellończyk darowuje dzierżawcy Wołkowysk Janowi synowi Jędrzeja Dowojnowiczowi dobra Szathigew z przysiołkami Olybowo i Premyłowka w powiecie łuckim położone, które poprzednio trzymała księżna Iliaszowa.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quomodo attentis et pensatis fidelibus et acceptis serviciis ac pure fidey meritis generosi Iohannis Andree Dowoynowicz, tenutarii nostri in Wolkowyska, fidelis dilecti, quibus nobis meruit, mererique magis poterit in futurum, ipsum ob hoc cupientes reddere consolatum et ad servicia nostra reddere promptiorem, sibi et pueris suis bona nostra Szathigew cum convillis alias przysyolky: Olybowo, Premylowka, ad eadem spectantibus, que bona olim ducissa Iliaschowa tenuit et possidebat, in districtu Luczensi sita, prout in suis limitibus et graniciis limittata sunt et distincta donavimus, contulimus ac dedimus damusque, conferimus et largimur perpetue, tenore presentium mediante, cum omni iure, dominio et proprietate, necnon censibus, fructibus, redditibus, proventibus, curiis, prediis, areis, allodiis, ortis, agris, campis, arvis, pratis, pascuis, graminetis, sareptis, silvis, borris, gaiis, nemoribus, rubetis, mericis, venationibus, aucupationibus, mellificiis, fluminibus, fluviis, lacubus, stangnis, piscinis, piscaturis, paludibus et aquarum decursibus, molendinis et eorum emolimentis et generaliter cum omnibus utilitatibus, pertinenciis et obventionibus universis, ad dicta bona nostra seu villas quomodolibet spectantibus et pertinentibus, prout ea predicta ducissa ex antiquo tenuit et possedit, per ipsum Iohannem Andree Dowoynowicz et eiusdem pueros tenendum, habendum, possidendum et utifruendum pacifice

et quiete, ac in usus suos beneplacitos convertendum, prout sibi aut ipsis pueris suis melius et utilius videbitur expedire. Harum quibus sigillum nostrum magni ducatus Lythwanie subappensum est testimonio litterarum. Datum in Ruthenica Brzesczye feria secunda ante festum sancti Adalberti martyris anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, presentibus reverendo in Christo patre domino Iohanne Episcopo Wylnensi, magnificisque Iohanne Kynszgalowicz Castellano Wylnensi et Capitaneo Samagitie et Olechnone Sudymunthowycz Wilnensi necnon magni ducatus Cancellario, Sthankone Saudiwoyniewycz Troczensi Palatinis, quampluribus fidedignis testibus ad premissa.

Ad mandatum domini Regis.

Dokument oryginalny, pergaminowy w Archiwum Zakładu im. Ossolińskich. Pieczęci i sznurków brakuje.

CXXV.

We Lwowie 15. Maja 1478 r.

Gunter z Sieniawy sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan Koczerzyński z żoną swoją Magdaleną zastawili część wsi swéj Sroki Janowi Łące w sumie pięćdziesięciu grzywien.

Nos Guntherus de Syenyawa iudex necnon Iohannes de Vyssoke subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo veniens personaliter nobilis Iohannes Coczerzszynsky cum consorte sua nobili Magdalena, non compulsus, nec coactus, neque aliquo errore devio seductus, existens sanus mente et corpore, et cum consensu eiusdem Magdalene libere recognovit, quia totam suam sortem in villa Sroki [1]) hereditariam nobili Iohanni Lancze in quinquaginta marcis pecunie communis monete et numeri Polonicalis, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, tenere cum omni iure, dominio et proprietate, nichil penitus pro se reservando, invadiavit, et iam sibi intromissionem totalem ac realem dedit, quam sortem Sroky ab ipso Lanka ipse Iohannes aut sua posteritas in dictis quinquaginta marcis pro festo Natalis Christi proximo exemere [2])

1) Sroki wieś w powiecie lwowskim.

2) Tutaj opuszczony widocznie wyraz *debent*.

et sibi Iohanni in dicta sorte in curia, in qua morabatur, usque ad festum sancti Martini dedit benivolam residenciam: et homines de eadem sorte obligati sibi Iohanni Srokowsky ex admissione Lanka Iohannis debent segetes seminatus yemalis et vernalis metere et fenum falcastrare anno presenti et omnes indigencias ac necessaria ducere tantum ad festum sancti Martini proximum, ad quod in eadem curia habebit residenciam. Si autem pro festo Natalis Christi proximo dictam sortem ipse Iohannes Srokowsky non redimet ab ipso Lanka, extunc idem Lanka ipsam sortem cum eius dominio, proprietate iureque et curia, agris, pratis, campis, silvis, mericis, gaiis, kmetonibus, laboribus, piscinis, demissionibus, penis, tabernis et cum ceteris usibus tenere debebit ab ipso festo Natalis Christi ad anum (*sic*) usque ad plenariam exolucionem (*sic*) dictarum quinquaginta marcarum factam, nichil iuris, dominii et proprietatis ab ipso Iohanne Srokowsky et suis successoribus penitus reservando; et in possessione dicte sortis obligat ipse Slokowsky (*sic*) aut sua posteritas nominatum Iohannem Lanka aut suos successores ab omni persona sexus utriusque protegere et tueri se submisit. Sinautem non protegeret et ob hoc in ius terrestre Leopoliense citari admiterit (*sic*), extunc in primo termino iurare debet et totam suam causam ammittet vera aut simplici infirmitate, colloquio generali, literis regalibus, prescripcione non evadendo; in quo primo termino fatus Lanka aut sua posteritas nominatum Iohannem Srokowsky aut ipsius successores in toto suo lucro et dampno condemnare potens erit tanquam in termino peremptorio, idque omnia (*sic*) memoriale Lanka posuit, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra sunt appensa. Actum et datum in Leopoli feria sexta ante festum sancte Trinitatis proxima anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, presentibus generosis et nobilibus dominis Nicolao Odrowąnsz de Sprowa Dapifero Leopoliensi, Petro Odrowąnsz, Petro Czebrowsky, Iacobo Odnowsky, Iwasko Balaban de Stratin, Iohanne Czemyerzynsky, Iohanne Goląmbek de Symnawoda et aliis ad premissa testibus fide dignis.

Oryginał na kawałku niezgrabnie uciętego pergaminu w arch. kap. metr. lwowsk. obrz. łac. (Loc. XIII. nr. 4) niedbale pisany, a dość dobrze zachowany. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie pieczęci na wosku zwyczajnym wyciśnięte, pierwsza z odciskiem herbu Sieniawskiego Leliwa, druga z odciskiem herbu Wysockiego Odrowąż.

CXXVI.

We Lwowie 8. Stycznia 1479 r.

Gunter z Sieniawy sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, jako Jan, dziedzic Zimnowody, pożyczył od Juraszka, syna Fryderyka, 40 grzywien, obowiązując się, że w razie nieuiszczenia się z długu tego na termin, odda mu połowę wsi swej Zimnowody w zastaw.

Nos Guntherus de Syenawa iudex necnon Iohannes de Viszokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, generaliter universis, quomodo coram presenciam iudicii terrestris Leopoliensis veniens personaliter nobilis Iohannes heres de Zymnawoda [1]) cum Anna consorte sua legittima, non compulsus, non coactus, sanus mente et corpore existens, coram iudicio libere recognovit, quia a nobili Iuraszek Frederici quadraginta marcas monete communis peccunie et numeri Polonici, quadraginta octo grossos quamlibet in marcam computando, accomodavit et in mutuum recepit. Quas quidem quadraginta marcas peccunie ipse Iohannes Zymnowodzky fato Georgio Frederici ad festum sancti Michaelis proxime instans tenetur et obligatur solvere et realiter complere. Si autem non solveret, extunc in crastino termini nonsolucionis in medietatem ville sue Zymnawoda et in medietatem reformacionis ipsius Anne ibidem in Zymnawoda, ad quam medietatem fata Anna, consors fati Iohannnis, stans coram iure, consensit et peccuniam prefatam quadraginta marcas cum marito suo recepit, intromissionem totalem et realem dare debet cum omni iure, dominio et proprietate, censibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, gaiis, querecetis, rubetis, aquis. fluviis et earum decursibus ac obvencionibus generaliter universis ad dictam medietatem ville et medietatem reformacionis prefate Anne quomodolibet spectantibus, et cum medietate molendini et eius emolimentis, et cum medietate piscinarum et ipsarum demissionibus, et cum medietate thaberne. Et iam ad dandam intromissionem in dictam medietatem ville Zymnawoda fatus Iohannes dominos iudicem et subiudicem Leopolienses essent potentes super se addere ministerialem, quem sibi fatus Iuraszek duxerit eligendum. Possidebitque fatus Iuraszek et sui successores dictam medietatem ville Zymnawoda a data intromissionis usque ad annum, et sic ab anno ad annum usque ad plenariam solucionem dictarum quadraginta marcarum. In qua quidem

---

1) Zimnawoda wieś w pobliżu Lwowa.

possessione et obligacione prefatus Iohannes Zymnowodzky et sui successores fatum Iuraszek suosque successores protegere et tueri ab omni persona sexus utriusque, prout ad aliquam personam prescripcio terrestris spectat, est obligatus. Si autem non solveret aut intromissionem non admitteret seu non protegeret et ob hoc se in ius terrestre aut castrense Leopoliense cittare permitteret, extunc in primo termino parere et totam suam causam perdere debet, non evadendo ipsum Iuraszek aut suos successores ullo iure nec literis regalibus, legacione, prescripcione, bello, expedicione, colloquio generali, vera aut simplici infirmitate, nec se excipiendo ad districtus alios pro maiori, et quocunque ipsum aut eius successores evadere vellet, eo totam causam suam perdere est obligatus. Et iam in eodem primo termino fatus Iuraszek aut sua posteritas prefatum Iohannem aut eius successores in toto suo lucro, hoc est tam in peccunia capitali quam dampni, condempnare potens erit, tanquam in termino peremptorio, super simplicem assercionem ipsius Iuraszek, omni iuramento corporali excluso, quod sibi remisit, presentibusque remittit. Et eciam hoc specialiter expresso, quod fatus Fredericus aut sua posteritas fata bona in eadem summa, cui voluerit, facultatem habebit obligandi, quem similiter ipse Iohannes Zymnowodzky aut sua posteritas protegere et tueri est obligatus; hoc etiam adiuncto, quod fatus Zymnowodzky aut sua posteritas nominatum Fredrich et suos successores a bello intercedere debet. Ad que omnia stans personaliter fata Anna consensit. Super que ipse Iuraszek memoriale posuit, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli in iudicio terrestri feria sexta post Epiphaniarum Domini proxima anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, presentibus generosis et nobilibus dominis Iwaszkone Balaban de Strathyn, Nicolao Visoczky de Curzany, Paulo Olyeszky Succamerario Leopoliensibus *(sic)*, Pełka Lyszakowsky, Iohanne Vilczek Vicecapitaneo Grodeczensi, Iacobo Odnowsky de Rudayncze, Petro Winiczek de Byenkowa Vischnya, Venczeslao, Michaele Naraiewsczy et aliis quampluribus protunc iudicio residentibus circa premissa testibus fidedignis.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. IX. nr. 7). Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na ciemnozielonym wosku wyciśnięte pieczęci; pierwsza sędziego, przedstawia herb Leliwa, druga podsędka, herb Odrowąż.

CXXVII.

Na sejmie walnym w Piotrkowie 2. Lipca 1479 r.

Kazimierz Jagiellończyk zwalnia mieszczan lwowskich na nowo na dwa lata od opłaty podatków z wyjątkiem rozpisanej obecnie cyzy.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lythwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo licet paulo superiori tempore attendentes civitatem nostram Leopoliensem, prope confinia Regni nostri et fere in faucibus hostium constitutam, ac consulatus et tocius comunitatis eiusdem in constructionem menium, vallorum et fossatarum aliorumque propugnaculorum civitatis eiusdem, ad propellendum insidias hostium officiosam et accuratam diligentiam et provisionem, civibus et ceteris incolis civitatis eiusdem libertatem octo annorum [1]) dederimus et concesserimus, eo respectu, ut ea munificencye nostre Regalis consolatione refecti constructioni et reparationi menium, vallorum et fossatarum prescriptarum tanto diligentius intendissent. Animadvertentes tamen gravitatem laboris, quem cives predicti in reparacionem menium, vallorum et fossatarum eiusmodi diligentissime exhibent facultates eorum immo et nostre eiusdem libertatis premisse concessionem in tantum precellere, ut laborem ceptum defectum videntur postergare, volentes itaque ipsis civibus Leopoliensibus omnibus et singulis de liberaliori munificentia nostra in eum respectum, ut laborem premissum diligentius prosequantur et continuent suffragari, eisdem duos annos libertatis plenarie ultra predictam priorem octo annorum libertatem iuxta eiusdem continenciam et effectum, cisa tamen ad presens currente excepta, superaddimus et concessimus damusque et concedimus tenore presencium mediante, ab expiracione prioris eiusmodi libertatis incipiendo per duos annos se continue et immediate sequentes duraturum. Quocirca tibi magnifico Spithkoni de Iaroslaw, palatino Russie generali et capitaneo Leopoliensi, sincere nobis dilecto et aliis capitaneis pro tempore existentibus committimus et mandamus, quatinus cives et incolas civitatis Leopoliensis predicte in huiusmodi libertate nostra, ipsis concessa, per tempus predictum conservetis et conservare faciatis, in nullo eidem contraventuri. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum.

---

1) W Piotrkowie 21. Sierpnia 1476 r. zobacz powyżej nr. CXXII.

Datum in convencione Pyotrkoniensi generali feria sexta festi Visitacionis beatissime Virginis Marie anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Stanislaus Vicecancellarius subscripsit. Relatio venerabilis Stanislai de Curozwanky Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa Nr. 248. Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta mniejsza pieczęć królewska. Zobacz Działyńskiego Statut lit. Tabl. VII. Nr. 2.

CXXVIII.

W Nowem mieście Korczynie 26. Października 1479 r.

Kazimierz Jagiellończyk potwierdza fundacyę Jakóba z Buczacza, kasztelana halickiego, który roczny dochód z 800 grzywien monety polskiej przekazuje na utrzymanie ołtarza w kościele metropolitalnym lwowskim.

Kazimirus Dei Gratia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, necnon Russie, Prussie atque Culmensis, Elbingensis et Pomeranie dominus et heres etc. ad perpetuam rei memoriam significamus tenore presencium, quibus expedit universis, horum noticiam habituris, quomodo attentis grate fidei meritis et obsequiis generosi Iacobi de Buczacz, castellani Haliciensis, fidelis nostri dilecti, quibus maiestati nostre multipliciter iamdudum existit comendatus, horum itaque intuitu volentes eum reddere consolatum et specialibus prosequi favoribus sibi de unanimi consiliariorum nostrorum consilio pariter et assensu censum annuum pro octingentis marcis peccuniarum monete currentis Polonicalium, marcam in quamlibet quadraginta et octo grossos computando, pro altari in ecclesia metropolitana Leopoliensi per eum fundando et erigendo, emendi et comperandi (*sic*) atque altari eiusmodi incorporandi, attribuentes et perpetuo asscribentes, dedimus et concessimus, damus et concedimus, tenore presencium mediante, censum prefatum per altaristam seu altaristas altaris predicti pro tempore existentes tenendum, habendum, utifruendum, percipiendum et exigendum, atque in vim reemptionis alias Nawyderkow possidendum, et iuxta vim atque effectum contractus desuper iuxta consuetudinem terrestrem fundi perpetuo optinendum. Eximimus ecciam perpetue et perpetuo libertamus altare prefatum, suos altaristas ab omni iurisdicione personarum quarumlibet Regni nostri seculari expedicioneque bellica et quolibet onere iuris et iudicis secularis, illos iuri et iudicio spirituali secundum alias dotacionem et privilegium aliorum beneficiorum in Regno nostro sittam perpetuo subicientes. Actum in Nova

Civitate Korczin feria tercia proxima ante festum beatorum Simonis et Iude Apostolorum anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, presentibus ibidem reverendo in Cristo patre domino Andrea Episcopo et Administratore Premisliensi et Regni nostri Vicecancellario, necnon magnificis, venerabilibus et generosis Iacobo de Dambno Castellano et Capitaneo, Iohanne Amor de Tharnow Palatino Craconiensibus, Andrea de Thanczin Woyniczicnsi, Stanislao de Schidlouiecz Radomiensi, Nicolao de Chranstow Chelmensi et Capitaneo Lublinensi Castellanis, Petro de Curozwanky Regni nostri Thesaurario, Creslao de eadem Curozwanky Decano Gneznensi et suppremo nostro Secretario, Petro Mossinsky Gneznensi Cantore et Cancellario Poznaniensi, Sbigneo de Thanczin Dapifero et Gnyewossio Subdapifero Sandomiriensibus ceterisque dignitariis et officialibus atque curiensibus nostris. Datum per manus venerabilis Stanislai de Curozwanky Regni nostri Cancellarii sincere nobis dilecti.

Stanislaus Cancellarius subscripsit.

Relacio eiusdem venerabilis Stanislai de Curozwanky, Regni Polonie Cancellarii.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. 19 nr. 2). Pieczęć wraz z paskiem zaginęła.

CXXIX.

W Nowem mieście Korczynie 29. Października 1479 r.

Kazimierz Jagiellończyk dodaje mieszczanom lwowskim do dawnego uwolnienia od opłaty podatków jeszcze rok jeden, atoli pod warunkiem, że zapłacą obecnie rozpisany podatek.

Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo civitatis nostre Leopoliensis condicionem volentes facere meliorem, quatinus tempore felicis nostri regiminis sui ipsius uberiora percipere valeat incrementa, attendentesque fatigas et impensas, quibus famosi consules nostri Leopolienses in emendanda et restauracione vallium et fossatarum, circumquaque eandem civitatem nostram Leopoliensem effossarum, nobis comendati sunt, ipsis et eorum comunitatibus unum annum libertatis ab omni solucione exactionum et daciarum, prout lacius in literis aliis libertatum ipsis desuper concessis [1])

1) Porównaj powyżej nr. CXXII. i CXXVII.

est expressum, post expiracionem in ipsis libertatum literis sive datis expressi et designati supperaddimus, adiungimus et annectimus damusque et donamus per presentes, ita tamen quod presentem exactionem civilem a qualibet marca per duos grossos iuxta antiquam taxam et decimam solvere pro necessitate reipublice tenebuntur, et quod per hoc in nullo libertas nostra prior offendi, sive ei quoquomodo nocere debebit. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Datum in Nova Civitate Korczin feria sexta ante festum Omnium Sanctorum anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

Andreas Episcopus et Vicecancellarius subscripsit.

Relatio reverendi patris domini Andree Episcopi et Administratoris Premisliensis, Regni Polonie Vicecancellarii.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa. Na pasku pergaminowym zawieszona na czerwonym wosku wyciśnięta mniejsza pieczęć królewska. Zobacz Statut lit. Działyńskiego, Tabl. VII., nr. 2.

CXXX.

Na ratuszu w Przemyślu 14. (?) Lutego 1480 r.

Rajcy miejscy przemyscy potwierdzają szewcom ich prawa cechowe.

In nomine domini amen. Quoniam humana memoria eternitati non commensuratur, expedit igitur, ut ea, que fuerint in humanis negotiis, ad perpetuitatis ratitudinem deducantur, proinde nos Venceslaus proconsul, Petrus Rog, Szvorcz Hanus, Stanislaus sutor consules, Iohannes de Balicze advocatus Premislienses significamus universis, tenore presentium profitentes, quomodo pleno in consilio coram nobis presidentibus personaliter constituti circumspecti ac providi magistri sutores artis sutorice ipsorum benigne ac humiliter nos suplicarunt, quatenus ipsorum statuta eorum (*sic*) in arte mechanica ex antiquo tenta iuxta modum et consuetudinem artis ipsorum confirmaremur (*sic*) et ratificaremus, itaque attendentes et considerantes ipsorum iustas et humilimas petitiones, igitur ipsorum statuta, que inferius latius et clarius clarescent, confirmamur (*sic*), roboramur (*sic*) presentibusque quibus (*sic*) perpetuis confirmantes, roborantes, ratificantes, ut eo melius et uberius ipsorum in arte suscipiant incrementa, et quia etiam iusta petentibus assensus non est denegandus, que (*sic*) in hunc sequitur modum. Item in primis statuimus, quod, si quis in loco didicerit artificium ipsorum et bancos seu macella ex eis emerit, is et talis dare debet mediam fraternitatem ipsorum fraternitati, videlicet talentum unum cere et medium

octuale cervisie et tres grossos latos ad fiscum seu cistam ipsorum, et resignationem pro macellis inter se unius alteri in eorum arte seu czecha faciant et non alibi. Item ille, qui in loco artificium non didicerit, sed alias, et macella aput (*sic*) eos emerit, talis integram dare debet fraternitatem, videlicet octuale cervisie et duo talenta cere et sex grossos ad fiscum ipsorum, videlicet ad cistam. Item si quiscunque aliquem cittaverit in ipsorum fraternitate pro quacunque causa tangente fraternitatem ipsorum, ille non alibi talem cittare presumat nisi ad czecham fraternitatis ipsorum ad presentiam artificium et ipsi artifices cuilibet cittanti ad eorum fraternitatem iustitiam oporosam (*sic*) facere et exhibere sub pena domini advocati quinque grossorum. Item statuimus, quod, si quis quando in ipsorum arte et de czecha moriretur, sit frater aut magister, aut uxor vel quis amicus, extunc hy omnes fratres exponant suum conventum vel convenire debent in domum eiusdem mortui et convenientes cum mortuo illo ad sepulturam et ad eclesiam transire sint asstricti et honorifice corpus sepeliri debent, et qui non venerit, iste pene medium grossum fraternitati ipsorum dare debet, etiam e contra ab eclesia cum amico illius mortui aut consanguineo in domum venire debent, et qui veniere (*sic*) contempserit, ille pene medium grossum fraternitati dare tenetur. Item statuimus, quod, quando missa pro animabus ipsorum fraternitati decantatur aut legitur, extunc omnes ex eorum tota czecha fraternitatis debent et tenentur circa missam illam et divinam audire illius misse usque ad finem debent et tenentur quilibet ipsorum ire ad offertorium, et quicunque eorum frater non fuerit vel non venerit ad predictam missam, ille dare debet medium grossum ad cistam ipsorum etiam in super illos duos denarios quos non curavit ponere ad offertorium. Item statuimus, quod, quandocunque canuntur vigilie animabus ipsorum fraternitati, extunc duo seniores magistri et duo iuniores circa decantacionem vigiliarum et isti magistri duo iuniores feratra ordinare et tegere et lumina aspicere et incendere debent et tenentur, et si quiscunque ex ipsis non fuerit, extunc seniores magistri debent dare penam fraternitati per grossum latum et iuniores per medium grossum pene (*ad*) cistam ipsorum fraternitati. Item statuimus, quod, si quicunque novus fuerit efectus magister in arte ipsorum, ille lumina quolibet festo solempni incipiendo a matutino usque ad vesperes aspicere et incendere debet videlicet ad festum Nativitatis Domini, ad festum Pasche, ad festum Corporis Cristi et totam eius octavam, ad festum Penthecostes et sic ad quotlibet festum sollempne, et si neglexerit seu non attemptaverit, extunc talis debet a quolibet lumine dare per medium grossum comunitati ipsorum. Item statuimus, quod quicunque ipsorum fraternitatis in foro quamcunque rem fori saverit (*sic*), extunc nullus alteri de fraternitate ipsorum forum debet destruere, quod si destruxerit et si super ipsum edoctum fuerit, duobus in civitate et uno homini extra civitatem, talis dare debet unum talentum cere fraternitati. Item quod, si quis quando venerit ad bancos seu macella

ipsorum ad emendum calceos, extunc nullus illum ementem ab alio evocare debet alias odwabiacz sub pena talenti unius cere. Item quod, si quis fori saverit (*sic*) seu emerit cutes super vivo peccore et pecude et si super ipsum edoctum fuerit duobus hominibus, ille dare debet penam, videlicet octuale cervisie et talentum cere. Item quod, si quiscunque fraternitatis eorum quocunque festo quemcunque exercuerit laborem seu transierit pro speciebus aut soliis vulgariter naliste, talis talentum cere debet dare fraternitati. Item statuimus, quod, si quis frater eorum ad czecham ipsorum cum cultro aut cultello sine licentia magistri ipsorum czeche venerit, talis debet dare tam a cultro quam a cultello per medium grossum pene fraternitati. Item quicunque frater ipsorum in cervisia fraterna cum aliquo fratre contenderit, talis debet dare octuale cervisie et si circa ipsum aut alium in fraternitate cultellus aut cultrum invenietur, ille debet dare pene per medium grossum tam a cultro quam etiam a cultello. Item quicunque frater alteri fratri famulum . . . . . . [1]) fraternitates ipsorum et si super ipsum edoctum fuerit, ille dare debet penam fraternitati, videlicet talentum cere. Item, quando aliquis frater cum alio fratre suo existentes in banco aut soror cum alia sorore litigaret, extunc ille aut illa cuius initium fuit contentionis aut litis illius, dare debet talentum cere fraternitati. Item, quando senior magister signum de czecha ipsorum mittet ad confratres suos, illi statim convenire debent ad czecham, et si quis non venerit post signum missum ad czecham seu fraternitatem, ille debet medium grossum dare pene ad cistam ipsorum et hoc quotiens non venerit usque ad quartam tot vicibus per medium grossum pene ad cistam, et si quarta vice venire non curaverit, ille succubet integram fraternitatem, videlicet duo talenta cere et unum octuale cervisie et sex grossos ad cistam. Item, quando quis de fraternitate ipsorum cittatus fuerit ad czecham ipsorum per signum, ille statim transire post signum ad czecham debet, et si transire non curaverit, quotiens cittatus etiam fuerit, totiens per medium grossum succubet pene ad cistam usque ad quartam vicem et si pro quarta vice non transierit, iam etiam ille succubet fraternitatem integram prius expressam. Item statuimus, quod, si quando signum missum de czecha fuerit ad aliquem fratrem, et si ille frater in domo non fuerit, extunc uxor sua vel famulus debet veniendo ad fraternitatem narrare, quia . . . . [2]) frater narraverit, ille debet medium grossum dare ad cistam. Item insuper statuimus, quando contigerit bancas alias . . . . [3]) czecham iuxta consuetudinem in quatuor septimanis, extunc quilibet frater ipsorum fraternitatis debet venire die tertia ante banicionem czeche ad magistrum seniorem et debet narrare illi magistro quod . . . . [4]) ad tempus illud propter necessitatem oporosam (*sic*),

---

1) Jeden wyraz nieczytelny. 2) Jeden do dwóch wyrazów zniszczone. 3) Jeden wyraz nieczytelny. 4) Jeden wyraz nieczytelny.

non potest in czecha, et si hoc aliter fecerit, et non ennaraverit magistro, talis debet dare talentum cere. Item statuimus, quando magister senior cuicunque fratri mandaverit ferratra alias mary cum mortuo portare ad sepulcrum, ille obedire tenetur, cuicunque fratri mandaverit et si non obedierit, talis debet dare medium grossum pene. Item etiam, quando magistri artis ipsorum in sua eis ement cervisiam fraternitate, extunc duo iuniores magistri cervisiam senioribus suis portare et servire debent et de vase proterve sua temeritate effundere nec etiam nullibi de fraternitate deportare cervisiam, nec vas aliud declinare sine licentia et voluntate senioris magistri, et si hoc contempserit et non fecerit, extunc talis hoc vas debet replere cervisia fraternitati. Item etiam senior magister, quando discedit a suo loco, alium in suo loco locare debet, et si non locaverit, exinde discesserit, talis debet dare medium grossum (*et*) octuale cervisie. Statuimus etiam, quod nullus de hovitio fraterno sine licentia seniorum fratrum *(abire)* debet, prius regratiatus fuerit fraternitati, et si non compleverit hoc, talis debet cum quartali cervisie. Item quicunque frater vituperaverit aut turpibus verbis alium fratrem in cervisia fraterna in fraternitate obruerit aut . . . . [1]) percusserit, talis debet dare medium octuale cervisie. Item quicunque magister aliquem discipulum ad informandum suscipere voluerit, talis prius debet ennarare fraternitati et ipsi magistri debent sibi dare diem ad temptandum ipsum ad duas septimanas et si aliquis ipsum tenuerit, talis debet dare mediam fraternitatem prius expressam. Item quicunque ad ipsorum czecham de alia czecha venerit et cum ipsis in fraternitate ipsorum fraternitatem habere voluerit, talis debet de illa czecha litteram sue conservacionis et didicionis ad ipsorum czecham portare. Statuimus etiam, quod si quis frater pro quacunque coram czecha causa aut re negaverit et si post ea eandem causam coram advocato fassus fuerit, talis debet dare advocato suam penam. Item quicunque frater sive sit sive non in cervisia fraterna talis unque solvere tenetur sicut et alter nullo excusando. Item quando quicunque frater ad communitatem alias do gromady med . . . [2]) venerit, talis debet a quolibet pede per medium grossum fraternitati dare. Statuimus, quod quicunque magister senior in his delinquerit superius expressis in duplo plus succumbet, quam alter iunior frater. Item statuimus, quod ille, qui coram czecha negaverit alicui quamcunque rem et fatebitur iterato coram advocato de ipsa causa aut re ipse solvens penam advocato et fraternitati eorum debet penam solvere, scilicet talentum cere et medium grossum. Statuimus etiam, quod quicunque in fide existens Ruthenica habens czecham cum ipsis in eorum arte tenetur et debet fraternitati ipsorum tenere et obedire sicut et alter frater sub pena prius expressa tam in maiori sicut et in minori causa. Statuimus etiam, quod quilibet frater debet missum signum ad ipsum alteri fratri mittere statim non

---

1) Jeden wyraz nieczytelny. 2) Kilka liter nieczytelnych.

retinendo et si ipsum aput se retinuerit et super ipsum edoctum fuerit, talis debet dare medium grossum pene. Insuper omnes causas ipsorum artis mechanice tenere debent iuxta modum et consuetudinem ipsorum perpetue et in evum has superius descriptas et alias ex antiquo tentas sub penis ipsorum superius expressis in presentia conclusis. In cuius rei testimonium sigillum nostri consularis officii maius est subappensum. Acta sunt hec pretorio pleno in consilio presidentium in presentia novis consulibus et advocato superius expressis, qui advocatus huic . . . . [1]) inscriptioni, ratificationi et roborationi feria quinta ipso die sancti Valentini [2]) anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, presentibus famosis viris Petro Armeno, Michaele Temrycz, Sigismundo Vicario ecclesie cathedralis Premisliensis, Iohanne Carnifice antiquis Consulibus, Andrisz Pellifice, Hanczlovicz, Nicolao Malowany, Clemente Carnifice alias Iszkra, Casper Pistore, Thoma Gzvernas Iuratis ad premissa vocatis.

Datum per manus discreti Iohannis Caspri Notarii civitatis Premisliensis, qui subscripsit sua manu.

Dokument oryginalny pergaminowy w archiwum miejskiem w Przemyślu. Sznur wraz z pieczęcią zaginął.

CXXXI.

We Lwowie 14. Kwietnia 1480 r.

Gunter z Sieniawy sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan Jura, wojski trembowelski, i synowie jego Piotr i Jan z Malechowa i Ostrowa sprzedali wsie swe dziedziczne Malechów i Klekotow za 700 grzywien Pawłowi Jurkowskiemu z Czartoryi.

Nos Guntherus de Syenawa iudex necnon Iohannes de Vyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo ad nostram et aliorum dominorum, protunc iudicio terrestri nobiscum residencium, presenciam veniens personaliter generosus dominus Iohannes Iura, tribunus Trebowlyensis, una cum filiis suis legittimis Petro et Iohanne, heredibus de Malechow et de Ostrow, non compulsi, non

---

1) Jeden wyraz nieczytelny. 2) Św. Walentego przypadało w r. 1480 na Poniedziałek a nie na Czwartek.

coacti, neque aliquo errore devio seducti, sani mente et corpore existentes ac amicorum suorum maturo freti consilio, coram iure libere recognoverunt, quia generoso domino Paulo Iurkowsky, heredi de Czarthorye, bona ipsorum hereditaria, videlicet Malechow et Klekotow, [1]) in districtu Leopoliensi sita, perpetue et in evum manu coniuncta et indivisa pro septingentis marcis pecunie communis monete et numeri Polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, vendiderunt et resignaverunt, cum omni iure, dominio et proprietate, censibus, fructibus, proventibus, agris, pratis, campis, silvis, mericis, gaiis, quercetis, rubetis, borris, mellificiis, stagnis, lacubus, paludibus, fluviis, aquis et ipsarum decursibus, piscinis et ipsarum demissionibus, molendinis et ipsorum emolumentis, laboribus, kmethonibus, thabernis, penis ac obvencionibus et solucionibus generaliter universis, quocumque nomine et vocabulo vocitentur, ita longe, late et circumferencialiter, prout soli eadem bona tenuerunt, habuerunt et possederunt, prout in suis metis et granieiebus et limitibus sunt distincta et limitata ex antiquoque tenta et possessa, necnon cum omnibus iuribus, literis, privilegiis perpetuis, super eadem bona concernentibus, per ipsum dominum Paulum et suos successores legittimos tenere, habere et possidere perpetue et in evum, sed cum pleno iure, dominio et proprietate et collatura ecclesie ibidem, prefata bona Malechow et Clekothow perpetualiter et in evum condescenderunt et resignaverunt, nichil penitus pro se suisque successoribus ibidem reservando. In qua quidem vendicione fatorum bonorum ipse Iohannes Iura, Petrus, Iohannes et sui successores prefatum Paulum aut eius successores ab omni persona sexus utriusque iuxta consuetudinem terrestrem, prout ad aliquam personam prescripcio terrestris spectat, sunt obligati protegere et tueri. Si autem non protegerent et ob hoc se in ius terrestre aut castrense Leopoliense cittari permitterent, extunc in primo parere termino et totam suam perdere causam sunt obligati, non evadendo ipsum aut eius successores ullo iure nec litteris regalibus, bello, expedicione, legacione, prescripcione, colloquio generali. vera aut simplici infirmitate, novis aut veteribus constitucionibus seu aliquibus coloribus exquisitis seu laudis terre, nec se excipiendo ad districtus alios pro maiori, neque aliqua re excogitata ipsis in facto subsidiaria et quocunque modo evadere valent, eo toto causam ipsorum perdere et ammittere debent, tanquam in termino peremptorio. Etiam si, quod absit, prefatus Iohannes Iura, Petrus, Iohannes aut alique alie persone aliqua iura et literas super prefata bona reservarent, extunc nulli alteri servire debent, nisi ipsi domino Paulo aut ipsius posteritati. Etiam prefati Iohannes Iura, Petrus, Iohannes recognoverunt, quia eis dominus Paulus pro eisdem septingentis marcis iam satisfecit, super que bona sibi Paulo iudicium ad intromittendum Gregorium ministerialem addidit. Super que omnia dominus Paulus memoriale posuit, quod iudicium

1) Wymienione tutaj wsie już poprzednio po kilkakrotnie były objaśnione.

recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra sunt presentibus sunt (*sic*) subappensa. Actum et datum Leopoli in iure terrestri feria sexta post Conductum Pasce proxima anno domini millesimo quadringentesimo octoagesimo, presentibus ibidem magnificis, generosis, nobilibus dominis Andrea de Schamotuly Castellano et Capitaneo Medzyrzeczensi, Andrea de Syenno Succamerario Sandomiriensi, Seuerino de Bruchnal Vexillifero Leopoliensi, Iurscha de Chodorowstaw, Iwaskone de Strathyn, Nicolao de Vyssokye Camerariis, Petro, Georgio Czebrowskie et aliis circa premissa testibus quam pluribus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 255. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, z tych pierwsza na zwyczajnym wosku wyciśnięta sędziego z odciskiem herbu Leliwa, druga podsędka wraz z paskiem zaginęła.

CXXXII.

We Lwowie 14. Kwietnia 1480 r.

Gunter z Sieniawy sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan Jura z Malechowa i Ostrowa, wojski trembowelski, wraz z synem Piotrem uznali za doletniego młodszego syna tegoż Jury Jana.

Nos Guntherus de Syenyawa iudex necnon Iohannes de Vysokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo ad nostram et aliorum dominorum, protunc in iudicio terrestri nobiscum residencium, veniens personaliter generosus dominus Iohannes Iura, heres de Malechow et Ostrow, tribunus Trebowliensis, cum nobili Petro, filio suo, coram iure libere recognoverunt, quia nobilis Iohannes, filius eiusdem Iohannis Iura iunior, habet annos discrecionis. Super hoc dominus Paulus Iurkowsky [1]) memoriale posuit, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra sunt subappensa. Actum et datum Leopoli in iure terrestri feria sexta post Conductum Pasce proxima anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, presentibus ibidem magnificis, generosis et nobilibus dominis Andrea de Schamothuli Castellano et Capitaneo Myedzyrzecensi, Andrea de Syenno Succamerario Sandomiriensi, Zebrzyd de Bruchnal Vexillifero Leopoliensi, Iurscha de Chodorowstaw, Ivaszkone de Strathyn, Nicolao de

1) Porównaj dokument poprzedni.

Vyssokye Camerariis, Petro, Georgio Czebrowskye et aliis circa premissa testibus quam pluribus fidedignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 252. Na paskach pergaminowych zawieszone dwie na zwyczajnym wosku wyciśnięte pieczęci; z tych pierwsza sędziego z odciskiem herbu Leliwa, druga podsędka z odciskiem herbu Odrowąż.

CXXXIII.

We Lwowie 14. Kwietnia 1480 r.

Gunter z Sieniawy sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jerzy i Jan Kunatowie z Tuligłów pokwitowali w swem i sióstr imieniu Jana Jurę i synów jego Piotra i Jana z odebrania macierzyzny z dóbr Malechowa i Klekotowa.

Nos Guntherus de Syenyawa iudex necnon Iohannes de Vyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo ad nostram et aliorum dominorum, protunc iudicio terrestri nobiscum residentium, presenciam venientes personaliter nobiles Georgius et Iohannes Cunathowye, heredes de Tuliglowy, coram iure libere recognoverunt, quia eis generosus Iohannes Iura [1]) cum filiis Petro et Iohanne satisfecerunt de omnibus bonis Malechow et Clekothow maternalibus et ipsorum sororibus et ipse Georgius et Iohannes Cunathowye fatum Iohannem Iura et ipsius posteritatem ab omni persona sexus utriusque et a fratre iuniori et sororibus protegere et tueri sunt obligati. Si autem non protegerent et ob hoc se in ius castrense aut terrestrense (*sic*) Leopoliense cittare admitterent, extunc in primo termino parere et totam suam causam perdere debent, non evadendo ipsum Iura aut eius posteritatem ullo iure nec literis regalibus, bello, expedicione, legacione, prescripcione, colloquio generali, vera aut simplici infirmitate, nec se excipiendo ad districtus alios pro maiori, et quocunque evadere vellent, eo toto causam ipsorum perdere sunt obligati, tanquam in termino peremptorio pro quocunque cittarentur. Super que Iohannes Iura memoriale posuit, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli in iure terrestri feria sexta post Conductum Pasce proxima anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, presentibus ibidem magnificis, generosis et nobilibus dominis

1) Porównaj dwa poprzednie dokumenta.

Andrea de Schamothuli Castellano et Capitaneo Myedzyrzecensi, Andrea de Syenno Succamerario Sandomiriensi, Zebrzyd de Bruchnal Vexilifero Leopoliensi, Iurscha de Chodorowstaw, Ivaszkone de Strathyn, Nicolao de Vyssokye Camerariis, Petro, Georgio Czebrowskye et aliis circa premissa testibus quam pluribus fide dignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 251. Po dwóch na paskach pergaminowych zawieszonych pieczęciach pozostały tylko paski.

CXXXIV.

We Lwowie 14. Kwietnia 1480 r.

Gunter z Sieniawy sędzia i Jan z Wysokiego podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Mikołaj, syn Harnasta, mieszczanin lwowski, pokwitował Jana Jurę z Malechowa i Ostrowa, wojskiego trembowelskiego, z odebranych od tegoż sum należących się mu od Mikołaja ojca tegoż Jury.

Nos Guntherus de Syenyawa iudex necnon Iohannes de Vyssokye subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presencium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo ad nostram et aliorum dominorum, protunc in iudicio terrestri nobiscum residencium, presenciam veniens personaliter famosus Nicolaus, olim Harnasti filius, civis Leopoliensis, coram iure libere recognovit, quia generosus dominus Iohannes Iura de Malechow et Ostrow, tribunus Trebovliensis, satisfecit ei pro omnibus debitis patris ipsius Nicolai et ipsi Nicolao, que habuit in libro terrestri et castrensi Leopoliensi et regestro. Et iam ipse Nicolaus Harnasti omnes inscripciones et obligaciones et regestra mortificavit presentibusque mortificat in libro terrestri et castrensi Leopoliensi, quas habuit super bona Malechow et Clekothow, et super hoc perpetuum silencium debet habere et ipsius successores. Super que omnia Iura memoriale posuit, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra sunt subappensa. Actum et datum Leopoli in iure terrestri feria sexta post Conductum Pasce proxima anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, presentibus ibidem magnificis, generosis et nobilibus dominis Andrea de Schamothuli Castellano et Capitaneo Myedzyrzecensi, Andrea de Syenno Succamerario Sandomiriensi, Zebrzyd de Bruchnal Vexilifero Leopoliensi, Iurscha de Chodorowstaw, Ivaszkone de Strathyn, Nicolao de Vyssokye Ca-

merariis, Petro, Georgio Czebrowskye et aliis circa premissa testibus quam pluribus fide dignis.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 250. Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci. Z tych pierwsza sędziego wraz z paskiem odpadła i zamiast niej przywiązano na pasku pergaminowym pieczęć na zielonym wosku wyciśniętą, do tego dokumentu wcale nie należącą, przedstawia bowiem odcisk herbu Gryf z napisem w otoku: S. Peri (*sic*) zimnowodczkii. Jest to zatém pieczęć Piotra Zimnowodzkiego. Druga podsędka zaginęła, pozostał tylko pasek pergaminowy.

CXXXV.

W Krakowie 26. Kwietnia 1480 r.

Stanisław z Szydłowic, kasztelan radomski i starosta krakowski, poświadcza, że za czasów urzędowania śp. Jakóba z Dębna, kasztelana i starosty krakowskiego, został zawarty układ sprzedaży części wsi Wrzępii pomiędzy Janem z Wrzępii, synem Mikołaja zwanego Mychnik, a Mikołajem Miłosnym z Częsławic.

Stanislaus de Shydlowycz, castellanus Radomiensis et capitaneus Cracouiensis, recognoscimus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo vivente adhuc in humanis magnifico Iacobo de Dambno, castellano et capitaneo Cracouiensi, veniens personaliter ad iudicium castri Cracouiensis nobilis Johannes de Wrzampa, [1]) filius olym Nicolai alias Mychnyk, sanus mente existens pariter et corpore, non compulsus, nec coactus, sed amicorum suorum salubri fretus consilio publice recognovit: quia totam ipsius hereditatis partem ibidem in Wrzampya cum omni iure et toto dominio et omni proprietate, prout solus tenuit, habuit et possedit, nichil excludendo, ita late, longe et circumferencialiter, prout ipsa hereditatis pars ab aliis est distincta et divisa, nobili Nicolao Mylosny de Czaslavicze [2]) pro viginti marcis pecunie communis monete et numeri Polonicalis consueti in totum vendidit et iudicialiter iudicando in perpetuum resignavit et coram iudicio sibi realem dedit intromissionem per ipsum Nicolaum tenendum, habendum, utifruendum, vendendum, alienandum, donandum, commutandum, prout sibi et suis legittimis successoribus melius videbitur expedire convertendum. Et debet ipsum occasione premissorum ab omnibus impedimentis et dampnis quarumlibet personarum sexus utriusqe et singulariter a nobili

1) Wrzępia z Radziejowem, wieś w powiecie bocheńskim.
2) Częsławice, przysiołek do Cerekwi w powiecie bocheńskim.

Zophia sorore sua intercedere et ubilibet iuxta formam iuris tueri ac eliberare, non evadendo ipsum litteris regalibus, districtu, prescripcione nec alioquovismodo sub ammissione sue cause. Nos vero presentem inscripcionis notam, in prefatis actis Cracouiensibus repertam, hys litteris inscribi mandavimus in fidem cerciorem et evidens testimonium sigillo nostro presentibus appenso. Actum in Castro Cracouiensi feria quarta post festum sancti Georgii proxima anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo.

Dokument oryginalny na pergaminie w archiwum Zakładu narod. Imienia Ossolińskich. Pieczęci brakuje, pozostał tylko pasek pergaminowy. Na zewnętrznéj stronie dokumentu późniejsze napisy, zawierające treść dokumentu.

CXXXVI.

We Lwowie 11. Lipca 1480 r.

Jan Odrowąż ze Sprowy, wojewoda ruski i starosta podolski, wydaje w porozumieniu z innymi dygnitarzami rozporządzenie, ażeby nikt nie śmiał zatrzymywać wołów zakupionych przez mieszczan lwowskich i pędzonych do Lwowa.

Iohannes Odrowansch de Sprowa, palatinus Russie et capitaneus Podoliensis generalis, significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quomodo venientes ad presenciam magnificorum dominorum Iohannis de Tharnow Cracowiensis, Spithkonis de Ieroslaw (*sic*), Sandomiriensis palatinis (*sic*) et Raphaele (*sic*) de dicta Ieroslaw regni Polonie marsalco (*sic*) et capitaneo Sandomiriensi (*sic*) ceterorum dominorum dignitariorum et procerum Russie et Podolie terrarum, in convencione terrestri et generali Leopoli existentium, famosi domini cives et emptores Leopolienses exposuerunt gravibus in querelis, quod et dum in foris annualibus in opidis et civitatibus Russie et Podolie terrarum bowes sive pecora pro pannis sive pecunia parata emunt et comparant, extunc, dum huiusmodi pecora pellunt, in aliis civitatibus, opidis sive villis arestantur et comprimuntur, quidam et varii homines, boves aut pecora eorum esse asserentes, et tali occasione bowes eorum recipiebantur, in quo non mediocre dampnum annis singulis consequebantur. Volentes autem huiusmodi consuetudini inique ipsorum dominorum civium et emptorum, nedum Leopoliensium, sed et universorum civitatensium (*sic*) consulere et deinceps huiusmodi aresta cassare et abolere, decrevimus et de cetero tenendum statuimus et laudamus, quatinus dum et quam cito prefati cives emptores, aut cui interest, huiusmodi pecora emerint et signa sua in eisdem posuerint, alias pyathna, extunc per nullum hominem, sit status cuiuscumque, arestari

possunt neque audeant. Quam adinvencionem et decretum nostrum cum prefatis dominis superius scriptis, vobis singulis et universis indigenis et subditis Russie et Podolie terrarum mandamus et precipimus temporibus perpetuis servandam et tenendam sub penis in eisdem capitaneo loci proventibus annotatis et assignatis et irremissibiliter extorquendis. Insuper omnibus terrigenis, opidanis et cmethonibus, status cuiuscunque hominibus, qui anno presenti tali occasione de prefatis civibus aut emptoribus bowes seu pecora receperunt mandando, ut sub eisdem restituant et restituere procurent, penis descriptis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est subappensum. Actum et datum Leopoli feria tercia proxima ante sancte Margarethe Virginis anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa nr. 254. Na paskach pergaminowych zawieszone cztery na ciemnozielonym wosku wyciśnięte pieczęci, z tych pierwsza z odciskiem herbu Leliwa Jana Tarnowskiego; druga z odciskiem herbu Habdank taka sama jak pieczęć piąta przy dokumencie z dnia 5. Stycznia 1474 r. (Zobacz powyżej nr. CXVII.) a więc Jakóba z Buczacza w r. 1474 kasztelana halickiego, który w powyższym dokumencie wcale nie jest wymieniony; trzecia sygnetowa Jana Odrowąża ze Sprowy z odciskiem herbu Odrowąż; czwarta taka sama jak pieczęć szósta przy dokumencie z dnia 5. Stycznia 1474 r. (Zobacz powyżej nr. CXVII.) z odciskiem herbu Leliwa Rafała z Jarosławia.

CXXXVII.

We Lwowie 12. Lutego 1483 r.

Ławnicy miasta Lwowa poświadczają, że Grzegorz z żoną swą Anną i dziećmi swemi jako właściciele sołtystwa we wsi należącej do jurysdykcyi miejskiej a zwanej Goltberg sprzedali to sołtystwo mieszczaninowi lwowskiemu Weyshannes zwanemu.

Nos scabini civitatis Leopoliensis significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris noticiam presencium habituris, quomodo in presencia banniti expositi iudicii nostri, cui famosus Nicolaus Stelczer, advocatus noster presidebat, personaliter constituti providi viri Gregorius pater cum uxore sua legittima Anna et cum duabus filiabus Katherina et Elena, simul cum filio ipsorum, eciam Gregorio, cum uxore ipsius Katherina, et filia Anna, heredes scoltetie in villa civili ad iurisdicionem civitatis pertinente, dicta Goltberg,[1]) cum consensu speciali et voluntate dominorum consulum prenominati

1) Dzisiaj Kulparków pod Lwowem.

viri per se et nomine tutorio sufficienti uxorum et filiarum suarum recognoverunt, quia famoso domino Weyshannes, magistro scabinali nostro, iusto vendicionis titulo vendiderunt scolteciam in villa prenominata Goltperk, quam eidem iuridice resignaverunt pleno iure, nichil proprietatis aut dominii sibi ipsis et suis successoribus ibidem reservando, cum omnibus eiusdem pertinenciis et usibus quibuscunque, in fundacionis privilegio [1]) dominorum consulum lacius nominatis et expressis, iam factis et adhuc faciendis, ita late et longe, prout in suis graniciis circumferencialiter est limitata, nichil excipiendo, per prenominatum dominum Iohannem et suos posteros tenendam, possidendam, utifruendam, commutandam, vendendam ac in suos usus beneplacitos convertendam, prout sibi et suis successoribus melius et utilius videbitur expedire, ad tempora perpetua et eviterna. Super quo ipse dominus Iohannes suum posuit memoriale, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigillum nostri scabinalis officii presentibus est subappensum. Actum et datum Leopoli feria quarta ipso die Cinerum anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tercio.

Oryginał pergaminowy w archiwum miasta Lwowa Nr. 255. Na pasku pergaminowym zawieszona była pieczęć, której dziś już nie ma; na odwrotnej stronie napis ręką XVII. wieku: *Golberkow scultecia.*

CXXXVIII.

We Lwowie 1. Sierpnia 1485 r.

Jan Wątrobka, arcybiskup lwowski, potwierdza przyjęcie sumy 150 grzywien przez kanoników lwowskich wraz z obowiązaniem się odśpiewania cztery razy do roku wigilii i mszy żałobnej za duszę testatora ś. p. Pawła Jurkowskiego z Czartoryi.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum nichil in humanis ordinacionibus aut disposicionibus salubrius existat quam ut vite presentis eterne remuneracionis premium concedatur, proinde nos Iohannes Wantropka, Dei gracia eclesie metropolitane Leopoliensis archiepiscopus, ad universorum, tam presencium quam futurorum, noticiam deducimus per hec scripta, quomodo venerabiles et honorabiles domini ecclesie Leopoliensis canonici coram nobis constituti recognoverunt, quia a magnifico domino Raphaele de Iaroslaw, Regni Polonie marsalco, castellano et capitaneo Sandomiriensi, executore testamenti olim generosi domini Pauli Iurkowsky de Czarturia, centum et quin-

1) Zobacz ten fundacyjny przywilej z 1. Grudnia 1425 r. w tomie IV. nr. LXXVII.

quaginta mercas (*sic*) peccuniarum monete et numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, susceperunt et in effectu levaverunt, pro sustentacione et melioracione comunis boni et mense ipsorum convertendas. Racione cuius prefati Leopolienses canonici se summiserunt ac suos successores futuros canonicos ipsorum et suas consciencias onerando summittunt, et presentibus sub excomunicacionum et interdicti sentenciis obligantur et inscribunt temporibus perpetuis ad singula anni quatuor tempora vigilias novem lectionum cum missa defunctorum peragere et decantare; hoc eciam expresso, quod si prefati ecclesie Leopoliensis canonici aliquibus peccuniarum summis in tanta summa levatis et perceptis, se de huiusmodi onere redimere vellent, illud nequaquam admittimus nec concedimus, neque successoribus ipsorum est admitendum et concedendum, sed prefatum anniversarium, perpetue et firme tenere et observare sub penis excomunicacionum prescriptis sint astricti et obligati, et eo facto, quo huiusmodi officium anniversarii per se aut per alios non explerent, aut adimplere negligerent, ipso facto sentencias excomunicacionis noverint se incursuros, renunciando omnibus appellacionibus, excepcionibus iuris, legum et quibusvis dilacionibus dolum in se importantibus in dictos canonicos et ipsorum successores in defectum huiusmodi non complecionis anniversarii ferendis et promulgandis, nobisque humiliter supplicantes, quatenus huiusmodi anniversarii ordinacionem confirmare, approbare et ratificare dignaremur. Nos itaque volentes cultum adaugere divinum, ut tenemur, attendentes eciam peticionem prefatorum dominorum canonicorum fore iustam et racioni consonam, sic ut premittitur, per magnificum dominum Raphaelem, Regni Polonie marsalcum, castellanum et capitaneum Sandomiriensem, factam, confirmamus, ratificamus, approbamus et presentis scripti patrocinio communimus, volentes et decernentes ipsam robur perpetue firmitatis obtinere, presentes nostras litteras per notarium nostrum infrascriptum, facti huiusmodi scribam, subscribi et publicari, nostrique et venerabilis capituli sigillis (*sic*) appensione iussimus communiri. Actum et datum Leopoli in domo habitacionis nostre anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, indiccione tertia, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini nostri domini Innocencii divina providentia Pape octavi anno ipsius primo, die Lune, prima mensis Augusti, presentibus venerabili, honorabilibus, generosis et nobilibus Stanislao de Zarschyn Preposito Ecclesie Metropolitane Leopoliensis, Nicolao Kraczka, Caspero de Sambor, Andrea de Bochnya Vicariis Chori Ecclesie eiusdem, Petro de Zymnauoda Iudice Castri Leopoliensis, Derslao Wylczek de Magna Lubyenye, Iohanne Sokolnyczsky et Georgio Zymnonoczsky de Lesznyowicze ceterisque fide dignis testibus circa premissa.

Et ego Nicolaus de Vroblovycze clericus, apostolica et imperiali auctoritate notarius publicus, quia presens ordinacioni, constitutioni, sub-

S. N. misioni (*sic*), roboracioni, confirmacioni, aliisque omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc presens publicum instrumentum manu alterius fideliter scriptum confeci et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi in fidem et testimonium singulorum premisorum (*sic*) rogatus et requisitus.

Pergaminowy oryginał w arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. 18 nr. 4) w dwóch miejscach uszkodzony. Na sznurkach jedwabnych koloru czerwonego zawieszone były dwie pieczęci. które zaginęły.

CXXXIX.

We Lwowie 17. Października 1485 r

Jan Wątróbka, arcybiskup lwowski, potwierdza ze strony duchownej i w życie wprowadza pięć mansyonaryi i jedno probostwo przy kaplicy św. Katarzyny uposażone przez króla Kazimierza Jagiellończyka.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Iohannes Wantropka, archiepiscopus Leopoliensis, significamus tenore presentium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, harum notitiam habituris, quomodo inter alias solicitudines nostras id precipue nostre appositum existit pastorali cure, ut cultum divinum, quantum posse nostro valeamus, augeamus, ad quod, utique Deo adiuvante, totis nostris excubiis intendimus, non dubitantes nos in eo singulare ac bene dignum altissimo exhibituros famulatum. Cum itaque serenissimus princeps et dominus, dominus Kazimirus, Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc., dominus noster graciosissimus, presencia sua declaraverit nobis, quod zelo pie devocionis accensus, cupiens cultum adaugere divinum ac in futuro metere, quod in presenti seminaverit, pro sua et successorum suorum salute remedioque anime et prosperitate, sex mansionarias, denno erigendas, videlicet quinque simplices et sextam preposituram fundaverit, in capella sancte Katharine, lateribus lapidibusque dudum antehac ad rotundum mosaico more constructa, in castro inferiori Leopoliensi sita, pro doteque et contentacione presbiterorum beneficia ipsa pro tempore possidencium triginta et duas marcas pecuniarum in theloneo, duos lapides cere pro candelis in statera civitatis Leopoliensis, necnon domum pro mansione, prope claustrum sub castro predicto sitam, nuper donaverit et assignaverit unacum decima

manipulari cuiuslibet grani et segetis post araturas allodiorum et curiarum in Myklaschow, Novosyelo, Crinilow et in Wyelkyepolye [1]), et decimam metretam braseorum et cuiuslibet grani de molendinis Leopoliensibus donacionis antique, prout id ex literis fundacionis [2]) sue serenitatis recepimus, affectando postulandoque ex nobis, quatinus predictas quinque mansionarias et sextam prepossituram erigere et in beneficia ecclesiastica creare dignaremur. Nos itaque, qui in propagacione cultus divini intensis delectamur desideriis, moremgesturi prefato serenissimo principi domino Kazimiro, Regi nostro graciosissimo, prepossituram et quinque mansionarias predictas in capella predicta ad laudem et gloriam omnipotentis Dei sueque genitricis gloriosissime virginis Marie et sancte Katharine, capelle eiusdem patrone, Christi nomine invocato, cuius dignitate dextera pastorale recepimus dyadema, erigimus et in beneficia ecclesiastica creamus, eiusdemque beneficiis et eorundem pro tempore ministris, alias possessoribus legitimis census, domum, decimas et redditus suprascriptos, alias in litteris fundacionis prefati serenissimi domini nostri et antecessorum serenitatis sue contentos, ascribimus, annectimus, unimus, incorporamus et nostra auctoritate ordinaria confirmamus et ratificamus per presentes, decernentes, quod dotacio ipsa, videlicet census, domus, decime, cera et metreta iuri, immunitati et libertati ecclesiasticis subiaceant et pro ipsorum repetitione, sicut pro aliis censibus et redditibus ecclesiasticis, ad forum iudicis ecclesiastici episcopalis habeatur recursus, quemadmodum ipsa sacra maiestas Regia in predicte fundacionis sue litteris beneficiorum eorundem reddituarios, ubi et quociens ad solvendum remissi negligentesque fuerint, censuris ecclesiasticis ad solvendum solucionemque integram faciendum decrevit compellendos; verum quia beneficia queque ecclesiastica, prout eciam predicte maiestatis Regie perstringunt littere, sint propter officia instituta, itaque presbiterorum omnium et singulorum beneficia predicta possidentium ad onerum explecionem in litteris fundacionis constitutorum et expressorum consciencias oneramus in perpetuum. In cuius rei testimonium presentes nostras erectionis litteras scribi, et per notarium publicum causarum et actus huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum subscribi sigillique nostri presentibus subappensi munimine roborari fecimus et mandavimus. Actum et datum Leopoli, die Lune, decimaseptima mensis Octobris, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, indictione tertia, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocentii pape octavi, anno ipsius secundo, presentibus ibidem generoso et honorabilibus dominis Iohanne de Olyessko Castellano Malogostensi, Iohanne Stognici Plebano in Bobyn et Iohanne Parzniewsky Notariis publicis, testibus circa premissa vocatis et rogatis.

---

1) Co do tych wsi zobacz tom III., str. 247. 2) Fundacyjny dokument Kazimierza Jagiellończyka z 15. Sierpnia 1485 r., oddrukowano w tomie III., nr. CXXVII. Porównaj także tom II., nr. XLVIII.

S. N. Et ego Nicolaus Stanislai de Wroblowycze, clericus diocesis Cracoviensis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, quia predictis creationi, erectioni, dispositioni, ordinationi, aliisque omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia singula sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum manu alterius fideliter scriptum, exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis et consuetis consignavi in fidem et testimonium singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Oryginał z oderwaną pieczęcią jest własnością archiwum kapituły metropolitalnej lwowskiej obrządku łacińskiego. (Loc. 20, nr. 1).

CXL.

We Lwowie 23. Października 1485 r.

Kazimierz Jagiellończyk odnawia i zatwierdza założenie i uposażenie kościola parafialnego w Prusach.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Tunc principum fit perhennis memoria, dum munificencie sue dexteram, que ad universos extensa subditos nedum comendatur, verum eciam ex hoc subieccionis et fidelitatis redduntur illis obsequia, viris orthodoxe fidei ecclesiasticisque locis et ecclesiis pro laudis divine augmento errogare ipsasque ecclesias libertatibus, privilegiis et fortunis terrestribus ornare dotareque dignantur, ut exinde temperaneorum successuum prosperitates et divini muneris emolimenta perciperent, proinde nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyawie, magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie, Culmensis, Elbingensis Pomeranieque dominus et heres significamus tenore presencium, quibus expedit universis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, quomodo attendentes ecclesiam parrochialem ville nostre Prussy [1], nullis fulcitam dotacionis privilegiis, super omnes et singulos proventus, pertinencias et redditus ad ipsam, prout certo accipimus, ex antiquo pertinentes inferius descriptos dotacionis fundacionisque privilegium innovandum duximus innovamusque presentibus pro subsistencia et contentacione plebani sive rectoris eiusdem

1) Prusy wieś na starym gościńcu ze Lwowa na Jaryczów do Buska, na lewym brzegu Pełtwi.

ecclesie pro tempore existentis, dantes et donantes denuo damusque et donamus tenore presencium mediante: Primum aream, in qua hactenus domus plebanalis situatur, cum orto circa cimterium ecclesie eiusdem consistente, demum laneum unum retro ecclesiam inter laneos Szymkonis ex una et inter advocati ex altera partibus et post illum laneum pratum ante villam, post pratum vero predictum indaginem alias Zapusta et post indaginem ipsam pratum aliud indagini contiguum Ostrow cognomine dictum et alium laneum medium quidem inter kmethones videlicet Clementem Orzesek et Martinum Zorek commansores ex una et Nicolaum Pykolyk ex altera partibus, et ex opposito eiusdem medii lanei pratum similiter ante villam predictam Prussy consistens verum quod in hoc ipso medio laneo antehac thaberna semper erat plebanalis, itaque et in presenti rectori pro tempore existenti ecclesie concedimus et admittimus thabernam reedificandum cum omnibus utilitatibus, censibus, redditibus tenendum et utifruendum perpetuo. Cuiusquidem ville nostre Prussy omnes et singuli kmethones agros colentes de quolibet laneo per unum truncum siliginis et per alium truncum avene, de medio vero laneo per medium truncum siliginis et avene, prout consueverunt, ecclesie predicte alias rectori reddant perpetuo, et quemadmodum decime manipulares infrascripte cuiuslibet segetis videlicet de araturis advocatorum in Prussy, de prediis nobilis Hernesti in Sroky et de eiusdem agris per eum cultis in Lyasky, de predio nostro in Camyonopole, in Podborcze vero de agris omnibus, in Sydathicze de predio nobilis Cunath, in Piekulowicze [1]) de predio advocati et in eadem Piekulowicze racione aree curie in duobus laneis constructe, de area ipsa per ville eiusdem et curie possessores duo trunci siliginis et totidem avene ecclesie predicte dari solita sunt, ita eciam hactenus decimas et proventus suprascriptos ecclesie predicte et ipsius pro tempore et in futurum existentibus rectoribus denuo dandum et donandum duximus, per rectorem sive plebanum predicta omnia et singula ita late, longe et circumferencialiter, prout ex antiquo consistunt. Decimas vero et proventus alios de more dudum in ecclesia ipsa ac araturis, prediis et villis suprascriptis tentas tenendum, habendum, percipiendum et utifruendum pacifice et quiete in evum. Ut autem plebanus et rector ecclesie predicte eo liberius cure animarum divinisque officiis in ipsa ecclesia altissimo reddi solitis vacare posset, premissa omnia bona et redditus ecclesie predicte libertati et emmunitati ecclesiastice incorporamus et invisceramus ab omnique onere et iurisdiccione seculari, expedicione bellica necnon exaccionibus et solucionibus nostris et terrestribus eximimus et liberamus in perpetuum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum testimonio literarum. Actum Leopoli die Dominico post festum Undecim Millia Virginum anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto, presentibus ibidem reveren-

1) Kamienopol, Pikułowice, Żydatycze, Sroki, Laszki i Podborce wsie w pobliżu Prus.

dissimo et reverendo in Cristo patribus dominis ac magnificis et venerabilibus Iohanne Archiepiscopo Leopoliensis, Iohanne Electo Chelmensis Ecclesiarum, Iacobo de Dambno Castellano et Capitaneo Cracoviensi, Mathia de Bnyn Posznaniensi, Iohanne Amor de Tharnow Cracoviensi, Spithkone de Iaroslaw Sandomiriensi, Dobeslao de Bysszow [1]) Belzensi Palatinis, Raphaele de Iaroslaw Sandomiriensi et Regni nostri Marsalcho, Nicolao de Curozwanki Siradiensi, Iohanne de Coszcelecz Dobrinensi, Nicolao de Smygrod Premisliensi Castellanis, Creslao de Curozwanki Decano Gneznensi et Cantore Cracoviensi, Cancellario, Gregorio de Lubranyecz Preposito Scarbimiriensi, Vicecancellario Regni, sincere et fidelibus nostris dilectis et aliis quampluribus fide dignis ad premissa testibus. Datum per manus prefati venerabilis Creslai de Curozwanky Regni nostri Cancellarii, sincere nobis dilecti.

Creslaus Cancellarius manu propria.

Relacio eiusdem venerabilis Creslai de Curozwanki Regni Polonie Cancellarii.

Oblata w aktach grodzkich lwowskich *die Sabbatho post Dominicam Iudica Quadragesimalem proximo* (14. Kwietnia) *Anno Domini 1764.* W wielu miejscach błędną oblatę sprostować było można według oddruku dokonanego według oryginału a umieszczonego w Dod. tyg. do Gazety lwowsk. r. 1851, nr. 29—31.

CXLI.

W Przeworsku dnia 8. Sierpnia 1486 r.

Jan z Rybotycz sędzia i Jakób z Cieszacina podsędek ziemscy przemyscy poświadczają, że Spytko z Jarosławia, wojewoda sandomirski i starosta ruski, zapisuje żonie swojej Jadwidze tysiąc złotych węgierskich jako wiano na wsiach swych Tuczempach i Muninie.

Nos Iohannes de Ryboticze iudex et Iacobus de Czessaczyn subiudex terrestres Premislienses generales significamus tenore presentium, quibus expedit universis presentibus et futuris, horum notitiam habituris, quia veniens personaliter magnificus dominus Spythko de Iaroslaw, pallatinus Sandomiriensis et capitaneus terre Rusie generalis, non compulsus, nec coactus, neque aliquo errore devio seductus, sanus mente existens pariter et corpore, coram iure terrestri sponte et libere recognovit, quia magnifice domine Hedwigy, consorti sue carissime, dotaliciat alias wyanywye, donat et dat mille florenos Hungaricales puri auri et iusti ponderis in bonis seu in villis suis hereditariis videlicet

1) Byszow wieś w Żółkiewskiem między Tarlakowem i Stojanowem.

Twczampy et Mwnynya [1]) cum tota curia in Twczampy, prediis, allodiis, horreis, acerwis ortis, agris, pratis, campis, curialibus, kmethonibus, laboribus, proventibus, redditibus, honoribus, obedienciis et penis et cum taberna in Twczampy et cum totis peccoribus et peccudibus, aquis, fluviis, fluminibus, stagnis, lacubus, paludibus, rivis, torrentibus et earum decursibus et cum molendino, sito in fluvio San, ad dictam villam Twczampy pertinente, necnon cum ipsius emolimentis, ac etiam cum servitio et obedientia advocatie in villa Mwnynya et aliis et omnibus singulis proventibus ad dictas villas ex antiquo spectantibus, quibuscunque nominibus vocitentur et nuncupentur, necnon cum venationibus et aucupationibus, silvis, gaiis, borris, quercetis, densetis, mellificiis et apium alveariis ac cum tributo mellis, ita tamen, quod dicte ville Mvnynya et Twczampy et curia ibidem silvis ad dictas villas seu ad Iarosslaw spectantibus et pertinentibus absque quavis demonstratione signorum et incisione alias Zaczyossow tam pro edificiis, quam pro usu calefiendi absque quavis arestatione, retentione et impedimento libere ac pacifice utifrui debent et etiam pascuis peccorum et peccudum in dictis silvis libere uti debent, alias zyrem, piscinis, piscaturis et ipsarum demissionibus ac cum omni et pleno iure et dominio nihil sibi et suis successoribus legittimis in dictis bonis reservando, dumtaxat ad dicte domine Hedwigis vite ipsius tempora, casu autem et divina providentia, quod absit, prefatum dominum Spythkonem ex hac luce migrare contigerit prius quam dictam dominam Hedwigim, consortem suam legittimam, et ipsa superstite manente prefatis bonis cum omni iure, dominio ac proprietate utifrui debet pacifice et quiete tamdiu quamdiu in sede viduali steterit et permanserit. Dum autem ipsa domina Hedwigis ad secundas nuptias convolaverit, extunc datis et repositis sibi ducentis florenis per proximiores domini Spythconis, tunc prefata bona pleno iure revertantur et revolvantur ad proximiores prefati domini Spytheonis et super hoc memoriale est positum, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Przeworsko feria tertia proxima ante festum sancti Laurentii martiris anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, presentibus magnifico, generosis et nobilibus Spythkone de Iarosław Pallatino Sandomiriensi et Capitaneo Russie Generali, Andrea et Stanislao, fratribus germanis, heredibus de Syenno, Iohanne Crzczowsky de parva Orzowycze, Hleb Syennowsky de Zarzyecze, Iohanne Rosborsssky de Czwdowycze, Nicolao Iaczymyrssky, Iohanne Bobola de Tywonya et aliis quampluribus fidedignis circa premissa existentibus.

Dokument pergaminowy, oryginalny, wcale dobrze zachowany, w archiwum biblioteki im. Ossolińskich. Dwie pieczęci wraz z paskami zaginęły.

---

1) Tuczempy i Munina wsie w powiecie jarosławskim.

CXLII.

W Rzymie 23. Maja 1488 r.

Papież Inocenty VIII. mianuje po śmierci Jana (Strzeleckiego), arcybiskupa lwowskiego, Andrzeja (Boryszowskiego) arcybiskupem lwowskim.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei dilectis filiis, populo civitatis et diocesis Leopoliensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie ecclesie Leopoliensis tunc per obitum bone memorie Iohannis, archiepiscopi Leopoliensis, extra Romanam curiam defuncti, pastoris regimine destitute de persona dilecti filii Andree, electi Leopoliensis, nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorumdem consilio apostolica auctoritate providimus, ipsumque illi prefecimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente, per apostolica scripta vobis mandantes, quatinus eundem electum tanquam patrem et pastorem animarum nostrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedienciam et reverenciam debitas et devotas eius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis, ita quod ipse in vobis devotos filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, decimo kalendas Iunii, pontificatus nostri anno quarto.

Dokument oryginalny znajduje się w archiwum kapit. metr. lwowskiej obrz. łac. (Loc. 22. nr. 12). Poniżej dokumentu po lewej stronie podpis . . . . *de mandato Domini nostri papae Timotheus de Serrano*, poniżéj *S. de la Fier . . . . S. de Vincentiis* — w środku podpisano trzy nazwiska: *Ja: Fiella. S. D. de Scarsip*, — trzecie nieczytelne. Na odwrotnej stronie *B. de Perusia*, a po nad tem *R* znaczące *registratum*. Na zagiętce napisano P. Tuba. Bula zawieszona była na konopnym sznurku, ale już oderwana.

CXLIII.

W Krakowie 19. Lipca 1490 r.

Kazimierz Jagiellończyk zatwierdza ugodę pomiędzy Nawojką, żoną Macieja z Bnina, wojewody poznańskiego, a Stanisławem i Przedborem Koniecpolskimi.

Kazimirus dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie Prussieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit universis, quia peticio parcium infrascriptarum continebat, ut concordiam inter eas per arbitros factam, et coram nobis in scripto repositam confirmare dignaremur, cuius tenor sequitur talis:

Nos Petrus Dei gracia episcopus Wladislauiensis, Andreas de Thanczin castellanus Woynyciensis, Sbigneus de Thanczin succamerarius Cracouiensis et capitaneus Mariemborigensis [1]) et Nicolaus de Thanczin gladifer Cracouiensis, arbitri arbitratores et amicabiles compositores, per magnificam dominam Nawoykam, magnifici domini Mathie de Bnyn, palatini Poznaniensis, consortem ex una, et generosos dominos Przedborium et Stanislaum de Conyeczpole, partibus ex altera, electi dati et deputati, significamus tenore presencium universis, quia inter partes superius descriptas talem fecimus concordiam et unionem. Primo quod prefati domini Przedborius et Stanislaus debent reponere litteras, quas habent super bona regalia, videlicet super Przemisl et Drohobycz civitates, et super alia opida et villas, ad easdem civitates spectantes, in Thanczin apud dominum Andream, castellanum Woyniciensem, ad fideles manus, quas litteras taliter depositas neutra parcium pro sua necessitate recipere poterit, nisi prius de reponendis litteris ipsis viceversa ad locum et manus predictas sufficienti facta caucione. Item Przedborius et Stanislaus debent restituere domine Navoycze omnes litteras, quascunque haberent super bona hereditaria seu paterna, ipsam concernencia. Item bona regalia videlicet castrum et civitas Lelow cum villis ad ea spectantibus sorte perpetua ad dominam Nawoykam cedent, vel summa peccunie, que in litteris continetur super bona predicta, Thoratin [2]) vero cum villis ad eam spectantibus Przedborio et Stanislao, heredibus de Conyeczpole, sorte etiam perpetua cedent, condicione quadam cassata, que scripta est in littera divisionis earundem parcium per dominos comissarios, per regiam maiestatem datos, et postea in littera arbitrali de

1) Mariemburgensis.
2) Teratyń miasteczko w woj. lubelskiem, obwodzie i powiecie hrubieszowskim. Porównaj tom V. nr. 146.

bonis predictis. Salvis tamen omnibus aliis articulis tam in ipsis litteris regiis, quam eciam arbitralibus contentis. Item Przedborius et Stanislaus septingentos florenos, quos in littera quadam regie maiestatis inscripserunt domine Nawoycze super bona Wyelgymlin et aliis bonis ad eam spectantibus, eosdem septingentos florenos in medietate dictorum bonorum Wyelgymlin, ipsos concernente domine Nawoycze coram regia maiestate, presentibus litteris inscripserunt et reformaverunt. (Predictamque medietatem bonorum Wyelgymlin et aliorum bonorum ad eam spectancium, postquam ad prefatos Przedborium et Stanislaum post mortem generose Anne relicte olim generosi Przedborii de Conyeczpole iure hereditario devolvetur, aut postquam ipsa Anna de dote et dotalicio suo fuerit exempta, extunc prefata Nawoyka aut sui legittimi sucessores tenebit et possidebit usque ad totalem dictorum septingentorum florenorum exolucionem, quam Nawoykam aut suos successores legittimos prefati Przedborius et Stanislaus non debebunt evadere nonpossesione, aut aliqua nonpossesionis prescripcione.) Materque ipsorum predicta [1]) Barbara super dote et dotalicio suo in medietate predicta Wyelgymlyn et bonis ac villis ad eam spectantibus inscripcionem prefatam presentibus fieri consensit et consentit. Item Przedborius et Stanislaus medietatem stacionis in districtu Drohobicensi, per terrigenas bona regalia tenentes dari solite et iam per triennium retente, domine Nawoycze paratis peccuniis in convencione Pyotrkowiensi proxime futura solvere tenebuntur, ita prout nos arbitri invenimus et domina Nawoyka nuncium suum et prefati [2]) Przedborius et Stanislaus eciam nuncium eorum interim ad prefatum districtum Drohobiczensem mittent, ad resciendum valorem dicte medietatis stacionis retente. Exnunc vero et annis sequentibus ipsa medietas stacionis per Przedborium et Stanislaum de districtu Drohobiczensi in districtum Przemisliensem iuxta suum valorem transponi debet ita, quod de cetero et peramplius domina Nawoyka dictam medietatem stacionis taliter de districtu Drohobicensi in districtum Przemisliensem translatam et ipsam concernentem de districtu Przemisliensi sine quovis ipsorum dominorum Przedborii et Stanislai impedimento tollet et recipiet et omnes cittaciones ex utraque parte cassamus, quecumque sunt exorte, tum super principales, tum super fideiussores. Omnesque etiam inscriptiones in actis tum regalibus, tum castrensibus similiter cassantur. Item eciam omnia superius descripta partes prefate sub vadio mille marcarum tenere et observare debent, quod vadium pars, arbitramento contraveniens, parti, arbitramentum tenenti, ad primam cittacionem in convencione Pyotrkowiensi a suis districtibus, recedendo et nichil in subsidium iuris sibi recipiendo in primo termino dare et solvere tenebitur et erit obligata, ad quod ambe partes consenserunt.

1) domina. 2) domini.

Nos itaque Kazimirus Rex, predictam parcium postulacionem considerantes iustam, suprascriptam [1]) concordiam in omnibus eius articulis et condicionibus confirmavimus et ratificavimus, confirmamusque et ratificamus per presentes, decernentes eam robur optinere firmitatis. (In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.) Actum Cracovie feria secunda ante festum sancte Marie Magdalene anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo, presentibus reverendo in Christo patre domino Petro Episcopo Wladislawiensi necnon magnifico et generosis Mathia de Bnyn Palatino Poznaniensi, Ambrosio Pampowsky Castellano Rosperiensi, Raphaele de Leschno Curie nostre Marsalco (et Capitaneo Lanciciensi) et aliis (quam) pluribus fidedignis testibus. Datum per manus venerabilis Gregorii de Ludbrancz Scarbimiriensis et Sancti Floriani in Cleparz Prepositi, Regni nostri Vicecancellarii, sincere nobis dilecti [2]).

G. [3]) vicecancellarius subscripsit.

Relatio eiusdem venerabilis Gregorii de Ludbrancz, Regni Polonie Vicecancellarii.

Dokument ten znajduje się w dwóch oryginalnych redakcyach na pergaminie w bibl. zakl. nar. Im. Ossolińskich. Pieczęci brakuje u obu egzemplarzy. Drukujemy powyżej dokument według obszerniejszej redakcyi, obejmując nawiasami te ustępy, których w drugiej, albo raczej pierwszej szczuplejszej, redakcyi nie ma i podając u dołu inne drobniejsze odmianki.

CXLIV.

We Lwowie 7. Stycznia 1491 r.

Gunter z Sieniawy sędzia i Piotr Gołąmbek z Zimnejwody podsędek ziemscy lwowscy poświadczają, że Jan Kunat dziedzic Tuliglów i Żydatycz sprzedał wieś swoją Żydatycze za 250 grzywien polskich Januszowi dziedzicowi Maleczkowic.

Nos Guntherus de Syenyawa iudex necnon Petrus Golambek de Zimnavoda subiudex terrestres Leopolienses generales significamus tenore presentium, quibus expedit generaliter universis, tam presentibus quam futuris, presentium noticiam habituris, quomodo ad nostram et aliorum dominorum, protunc in iudicio terrestri Leopoliensi nobiscum residencium, presentiam veniens personaliter nobilis Iohannes Cunath, heres de Thuliglowi et Zidathicze [4])

1) supradictam. 2) W drugiej redakcyi znajduje się jeszcze: Nostro sub sigillo presentibus appenso.
3) W drugiej redakcyi: Gregorius.
4) Położenie wsi tych objaśniono już dawniej.

non conpulsus, non coactus, neque aliquo *(errore)* devio seductus, sanus mente et corpore existens, ac amicorum suorum maturo fretus consilio, coram iudicio palam recognovit, quia villam suam hereditariam dictam Zydathycze, in districtu Leopoliensi sitam, pro ducentis et quinquaginta marcis pecunie comunis monete et numeri Polonici consueti, marcam in quamlibet quadraginta octo grossos computando, nobili Iohanni alias Ianusch, heredi de Maleczkowycze, perpetue et in evum vendidit et resignavit, et intromissionem coram iure totalem dedit et admisit, cum omni iure, dominio et proprietate, ita longe, late et circumferencialiter, prout dicta villa in se et suis metis ac graniciebus est distincta et limitata, nichil iuris, dominii et proprietatis in eadem villa Zydathycze pro se et suis successoribus penitus reservando, sed cum totali et plenario iure, prout solus eandem villam tenuit ex antiquoque possedit, per ipsum Ianussium et suos successores tenendum, habendum, utifruendum, dandum, donandum, alienandum, commutandum, obligandum, perpetue et in evum possidendum, prout sibi et suis successoribus melius et utilius videbitur expedire, convertendum, pro qua villa Zydathicze prefatus Iohannes Cunath solucionem totalem et actualem recepit realiter et cum effectu levavit. Et debet ipsum Ianussium protegere et tueri ab omni persona sexus utriusque iuxta modum terrestrem. Et super hoc Ianussius memoriale posuit, quod iudicium recepit. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt subappensa. Actum et datum Leopoli feria sexta in crastino Trium Regum anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, presentibus generosis et nobilibus dominis Seuerino de Felstyn Leopoliensi, Vigando de Gdaschyn Belzenzi Vexiliferis, Paulo de Olesko Succamerario, Iohanne Voythyczsky Dapifero, Stanislao Maldrzyk Tribuno et Vicecapitaneo, Andrea de Swyersz Gladifero Leopoliensibus, Iohanne Dauidowsky, Iacobo de Rudancze Tribuno Haliciensi, Petro de Olesko, Petro Czebrowsky, Iohanne Clonowsky, Georgio de Lesnyowycze et aliis quam pluribus circa premissa testibus fidedignis.

Oryginał na pergaminie w arch. kap. metr. lwow. obrz. łac. (Loc. IX. nr. 2). Na paskach pergaminowych zawieszone były dwie pieczęci, dziś oderwane.

CXLV.

W Haliczu 30. Stycznia 1492 r.

Jan z Baliniec sędzia i Mikolaj z Petryłowa podsędek ziemscy haliccy poświadczają, jako w księgach ziemskich z czasów poprzedników ich Ihnata z Kutyszcza i Mikolaja z Sieniawy pod dniem 16. (?) maja 1474 r. znajduje się zapis Jana Spicznika z Bolszowca 300 grzywien na wsi Bolszowcu na rzecz żony jego Anny, córki Stanisława z Dawidowa.

Iohannes de Balincze iudex et Nicolaus de Pethrylow subiudex terrestres Halicienses tenore presencium, quibus expedit universis, tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, significamus ea, que in libris nostrum (*sic*) predecessorum invenimus et reperimus, videlicet generosorum dominorum Ichnat de Kuthiscza iudicis et Nicolai de Syenyawa subiudicis sub acta et data et die feria secunda ipso die Sancti Marci in Maio [1]) anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, presentibus generosis Gunczero de (*Crz*)nylow, Nicolao de Meducha alias Karnekowsky gladifero Haliciensi, Nikel de Nowesiolo, Iohanne Rey de Sumsko, Iohanne de Rosnyow et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad premissa, veniens personaliter ad nostram et aliorum dominorum protunc nobiscum assistencium presenciam, generosus Iohannes alias Spicznyk de Bolsowyecz [2]) subiudex [3]) terrestris Haliciensis, non compulsus, nec coactus, nec aliquo errore devio seductus, sanus mente pariter et corpore, publice recognovit, quia post nobilem Annam, filiam olim generosi Stanislai de Dawidow, iudicis [4]) terrestris Leopoliensis, consortem suam carisimam (*sic*), centum et quinquaginta pecunie marcas communis monete et numeri Polo-

1) Św. Marka w Maju nie można znaleźć ani u Weidenbacha ani u Grotefenda. Czytamy jednak w kalendarzu krakowskim, że św. Marka papieża obchodzono w Polsce dnia 18. maja (Bielowski Mon. Pol. tom II. str. 922.) Dzień 18. maja atoli w r. 1474 nie przypadał na Poniedziałek, jak tutaj napisano, lecz na Środę. Ponieważ zaś pisarz prędzej mógł wiedzieć, że dzien jest Poniedziałkiem, niż kiedy się obchodzi św. Marka, rozwiązujemy datę na 16. maja a nie na 18.; zaczem przemawia i to, że dzień 18. maja był wilią wniebowstąpienia, pisząc więc dokument w tym dniu, byłby pisarz datę pewnie też według tego uroczystego święta oznaczył.

2) Bolszowiec w powiecie rohatyńskim.

3) Jest to widoczna pomylka, podsędkiem halickim nie mógł być wtedy Jan Spicznik, bo był nim Mikołaj Sieniawski. Jan Spicznik był w roku tym prawdopodobnie miecznikiem halickim. Był nim przynajmniej w r. 1470. Zobacz tom II., str. 201.

4) Stanisław Dawidowski sędzią ziemskim lwowskim przestał być jeszcze przed rokiem 1445, w tym roku bowiem jest nim już Jan Gołąmbek z Zimnejwody. Zob. tom II, 106, 113 i 125 — 126. W r. 1474 jest zaś sędzią lwowskim Piotr z Branic.

nicalium, racione vere dotis tulit et effectualiter levavit; et ex . . . . . . so [5]) huius ipsi Anne consorti sue carissime alias centum et quinquaginta marcas eiusdem numeri et monete, et sic in summa tricentas marcas racione dotalicii in et super bonis suis Bolszowyecz dictis inscripsit dotavit et dotaliciavit presentibusque inscribit, dotat et dotaliciat, cum curia ibidem in Bolszowyecz, piscinis omnibus et earum demissionibus, molendinis et eorum emolimentis, et omnibus aquarum decursibus et generaliter cum omnibus et singulis atinenciis et proventibus ad dictam villam Bolszowyecz ex antiquo quomodolibet spectantibus, nichil iuris et proprietatis (*sibi*) et suis legittimis (*successoribus*) reservando, per ipsam Annam tenendum, habendum et pacifice possidendum tam diu, quousque prefata summa trecentarum marcarum ipsi Anne vel suis legittimis successoribus plenarie fuerunt persolute, necnon cum omnibus censibus, rediditibus (*sic*), obvencionibus, daciis, dacionibus, agris, pratis, campis, gaiis, ita longe et late, prout dicta villa in suis metis et granycybus (*sic*) est distincta et divisa et circumferencialiter est limitata. Si vero ipsum Iohannem ab hac luce prius migrare quam ipsam Annam contigerit, ipsaque Anna ad secundas nupcias convolaverit, extunc solitis (*sic*) ipsi Anne per proximiores ipsius Iohannis tricentis marcis, possessio dicte ville Bolszowyecz pleno iure ad eos devolvetur; et super hoc memoriale positum est, quod iudicium recepit. Actum et datum in Halicz feria secunda ante Purificacionem Sancte Marie proxima anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, presentibus generosis et nobilibus dominis Andrea Czernyeyowszky Subdapifero, Francisco Kuropath Gladifero Haliciensibus, Stanislao Saporowszky, Nicolao Choczymirszky, Petro de Bludnyky, Waszyly de Szwysztelnyky, et aliis fidedignis ad premissa.

Oryginał na kawałku pergaminu niezgrabnie ukrojonego w bibl. klasztoru OO. Dominikanów lwowskich, niedbale pisany. Obie pieczęci oderwane.

5) Kilka liter nieczytelnych.

CXLVI.

W Wielkiej Wsi 25. Listopada 1496 r.

Nie wymieniony z nazwiska znawca prawa ocenia na żądanie jednego z rodu Melsztyńskich znaczenie prawne siedmiu dokumentów do Sambora się odnoszących.

143. Comendat sanctissimus Ieronimus modestiam doctissimi philosophorum Platonis, qui multarum artium et doctissimus et expertissimus maluit aliena verecunde discere, quam sua impudenter ingerere: hac veritus sentencia et exemplo philosophi pudet me magnifice domine in difficillimis actionibus consilia parva aut nulla tue magnificentie describere, ne videar temerarie iurisscienciam aut actionum multarum experienciam usurpare. Itaque attonitus ac perplexus maluissem silere, quam puerilia consilia impudenter tuo vivaci ingenio obycere, sed victus illa sinceritate animi tui, qua me amplecteris, immeritum licet votis tuis ut satisfaciam me ultra meum velle impellam ad scribendum, fultus singularissime humanitatis tue benivolencia, qua satis discretus reluces scripta mea et consilia ad tua mandata confecta a te non nisi in bonam partem accipi arbitror et si quid devium fuerit aut non consonum, celeritati pocius quam ignorancie ascribi.

Ad primum privilegium [1]) in regestro vestre magnificencie michi transmisso, quod est donatum per predecessorem vestrum dominum Spythkonem de Melsthyn cuidam Henrico, condam advocato in Lanczuth, et suis heredibus et successoribus legittimis: in quo pri-
144. vilegio plane describit advocaciam in nowa Samborz per predecessorem vestrum | dominum Spythkonem pro LXXX marcis esse venditam predicto Henrico cum suis successoribus legittimis etc. Videtur ergo hoc privilegium minime congruere persone vestre duplici de causa primo: quia predecessor vester, a quo vos et originem et bona sortiti estis, vendidit dictam advocaciam, ergo ius successionis, in quo iure vos succedere debuistis ille dominus Spythko, a quo usque ad vos successio derivari debuit, alienavit; sed tota ista litera servit et competit successoribus dicti Henrici, seu heredibus eiusdem; ergo magnificencia vestra liquido non potest se ostendere heredem ipsium Henrici, quia non de ipsius seniore traxistis originem, sed vestra magnificencia potest se ostendere successorem legittimum, si vestra magnificencia haberet aliquod testimonium iuri civili competens reempcio-

1) Jest to dokument z 13. Grudnia 1390 r. oddrukowany powyżej nr. II.

nis dicte advocacie ita, quod necessaria esset litera iuris seu suppremi seu civilis in Samborz, que litera plane ostenderet, quod vester aliquis predecessorum aut vos a dicto Henrico aut suis heredibus dictam advocaciam reemeret. In iure enim duplices sunt successiones: succedit patri filius et ista successio dicitur hereditaria et legittima etc., frater fratri etc. Est autem alia successio legittima et non hereditaria, ut in exemplo vester predecessor Spythko vendidit Henrico advocaciam, ipse Henricus non successit Spythkoni hereditarie, quia non de sanguine eius, sed successit legittime, quia non contra leges, nec contra iura, quia per pactum, quia per emcionem et vendicionem et hec omnia de iure licent, ergo legittime, et non hereditarie ergo etc. successit. Ergo in privilegio scribitur: heredibus et successoribus legittimis causa duplicis successionis. |

Secundo quia privilegium roboratur sigillo et sigilli auctoritate predecessoris ve- 145.
stri, cuius sigilli auctoritas ad vos pleno iure est derivata, videtur ergo dominacio vestra quasi sibi ipsi testimonium dare, quia ius vestrum vultis munire sigillo predecessoris vestri, cuius auctoritate vos plenarie fulcimini.

Potuit tamen ad predecessores vestros ista advocacia una cum privilegio devolvi, licet non sit reempta, videlicet iure feodali. Omnes enim advocacie, quia non in censibus, sed in serviciis sunt locate, ergo respectu locantis, id est domini, qui confert sibi advocaciam et iniungit condicionem et modum servicii, obtinet ius feodali *(sic)*, respectu vero aliarum personarum extranearum obtinet ius civile maydburgense. Quot modis autem ammittitur feudum, desribere longum esset; inveniet tamen dominacio vestra summarie in autentico *(sic)* collacione.

Ad hec tamen necessaria erit ostensio, ubi advocatus aut sui successores iure convicti respectu alicuius predecessoris vestri privilegium una cum advocacia amisissent et a predecessoribus vestris usque ad vos privilegii et advocacie esset derivata successio.

Necessarium foret michi scire, quis nunc est in possessione dicte advocacie; quia si regia maiestas, tunc aliter esset agendum et perfectior actio esset, quia non potest intervenire prescripcio, si autem alia persona, tunc facile potuit intervenire prescripcio et sic difficilior actio esset. Et tantum de primo. |

Privilegium secundum [1]) Regine Heduigis donatum predecessori vestro Spithkoni, 146.
palatino Cracouiensi, in quo inserta sunt bona vestra, quorum partem possidetis et partem non, est satis bonum et multum competit vestre persone et presertim, ubi agere deberetis cum Rege occassione bonorum Samborz: nullum tamen aut valde rarum privilegium, cui non posset obyci culpa seu defectus et ut melius vestra magnificencia utramque partem

1) Jest to dokument z 31. Października 1391 r. oddrukowany powyżej pod nrm 111.

consideraret, volo prius aliqua de defectibus et invalitudine presentis privilegii tractare et post de robore et valitudine.

Primo ex parte conferentis privilegium, hoc enim contulit predecessori vestro Regina Heduigis, cuius auctoritas in conferendis rebus eternis et duraturis nullo modo potest probari ex eo, quod regni heres nullus est, nisi sit legittime electus et tandem consecratus. circa quam consecracionem tota comunitas et tota vis reipublice in eum confert suam potestatem. Regina ergo Heduigis. que fuit verus heres iure innato et consanguineitatis regni Polonie per se Rex non potuit esse, ergo nec etiam verus heres esse potuit eiusdem regni. sed necessarium fuit sibi copulare virum, qui et dyadema regni et auctoritatem accepisset regalem; dare ergo potuit Regina privilegium durante interregno alias Rege non existente: sed illud privilegium necessarium fuit roborare regia auctoritate post Regis consecracionem, si debuit fore perpetuum. quia Regina Heduigis in virginali statu
147. existens nondum Regi nupta | non regalem sed gubernatoriam exercebat potestatem, dempto hoc si post electionem et coronacionem Regis generali decreto Regis et consiliariorum esset decretum, ut omnes constituciones, largiciones, privilegia, edicta, decreta, publica seu privata, per Reginam Heduigim ante electionem Regis facta, habeant robur perpetue firmitatis. Et si huius decreti esset aliquod publicum documentum seu munimentum, tunc litere et privilegia reginalis maiestatis essent eiusdem vigoris sicut et regie. Et iste est primus articulus, quare hoc privilegium videtur esse invalidum.

In privilegio isto nominatim descripta sunt bona hereditaria vestra, quorum, ut superius dixi, partem possidetis et partem non. Ergo aperte apparet, quod pars privilegii est vobis in usu et pars in abusu et est unum notabile vicium inter plurima vicia notatum in capitulo de derogacione sigillorum et privilegiorum; abusus privilegii sive in toto sive in parte ymmo ibidem aperte dicitur, quod privilegium nunquam frangitur in parte nisi in toto, etsi in parte abutitur et frangitur, tunc in toto est fractum et annulatum. Et tantum de defectibus et invalitudine.

De valitudine autem et robore. Et primo ex parte conferentis non videbitur hic Regina Heduigis aliquid novi contulisse per hoc privilegium predecessori vestro, sed quasi testificando antiquum ius hereditarium. quod predecessor vester habuit in bonis, in privilegio |
148. descriptis, ratificat et approbat illud ius hereditarium sic longe antea habitum et hoc in illa clausula, que statim in privilegio sequitur post descripcionem villarum, que dudum iure hereditario tenuit, habuit et possedit etc., et sic per hanc clausulam, ut superius dixi, testificatur iure hereditario predicta bona descripta possessa esse per vestrum predecessorem longe antea, ergo, ut superius dixi, novum aliquod conferre non potuit, sed testari potuit de antiquo iure hereditario super bona, in privilegio descripta, per vestros predecessores longe antea habito *(sic)*. Nemo enim racionabiliter negare potest, Reginam

Heduigim ante sponsalia contracta cum Rege gubernatoriam exercuisse potestatem et hoc
probabiliter exinde apparet, quod de consensu tocius consilii privilegia dabat, a consilio
non erat exclusa, sed omnes consiliarii congregabantur in eius presencia et ad latus eius
assistentes de rebus publicis et privatis regni tractabant, disponebant, ipsa Regina eorum
consiliis presidente, regente, gubernante. imperante. Iam ergo ex premissis patet, quod
gubernatoriam exercebat potestatem, regiam autem nunquam, quia nec electa nec
consecrata in Regem fuit; viro autem habito et in Regem consecrato, tunc et ipsa in
Reginam creata est. Officium autem gubernatoris regni est officium publicum; publicorum
autem officialium testimonia, sigillis eorum munita, sunt maximi roboris et infirmari non
possunt, nisi per illum, cui illa testimonia competunt. Videtur ergo vestra magnificencia
coram regia maiestate cum isto privilegio | pro bonis Samborz tantum posse agere, non 149
quasi sit Samborz, per Reginam Heduigim donatum predecessori vestro, quia ista donacio
non valeat, sed quod vestra magnificencia potest dicere, predecessores vestros semper
possidere Samborz iure hereditario, cuius possessionis et hereditarii iuris testimonium sub
sigillo Regine Heduigis satis validum habetis. Quo autem pacto Samborz in regias devenit
manus an iure aut extra ius, de hoc michi non constat nec michi quicquam de hoc re-
tulit magnificencia vestra, praxis autem in hac causa reservatur pro magnificencia vestra,
cuius causam originaliter vestra magnificencia novit. Et hoc quantum ad primum arti-
culum roboris et valitudinis privilegii secundi.

Contra obiectum abusus privilegii videtur, quod magnificencia vestra facile poterit
probare, privilegium semper fore in usu predecessorum vestrorum et usque nunc in vestro,
quia, etsi aliqua bona in privilegio descripta non sunt in possessione et usu vestro,
tamen potestis forte probare bona illa aut sorte divisionis aut iuste empcionis et vendi-
cionis titulo de manibus predecessorum vestrorum et vestris emanasse et in hoc non de-
rogabitur privilegio, quia in donacione privilegii bona illa fuerunt in possessione predeces-
soris vestri; privilegium etiam dat vobis auctoritatem donandi, vendendi, commutandi et in
usus proprios convertendi. Et in hoc non derogatur privilegio, quia hoc ipsum per pri-
vilegium conceditur; subiungerem magnificencie vestre raciones, quare abusus privilegii de-
bilitat ipsum, sed causa brevitatis obmitto. Et tantum de secundo articulo roboris et
valitudinis. |

Omnia alia privilegia, per vestram magnificenciam michi transmissa, ad hoc privi- 150.
legium Regine quasi ad principale referuntur; nullum enim privilegiorum, que michi trans-
misit vestra magnificencia, dirrectius, planius, perfectius ostendit dominium et ius here-
ditarium vestram habere magnificenciam super bona Samborz, sicuti hoc de quo supra me-
minimus; alia autem ista, ad hoc coaptata, tanquam ad suum principale, bene iuvabunt
causam vestram.

Et primo: mandatum domini Regis [1]) ad capitaneum datum super restitucione bonorum Samborz in manus vestras plane ostendit, vobis iniuste erreptum esse castrum Samborz, quod mandat vobis iterum restitui et dicit per vestros progenitores et tutores esse emptum. Per istam clausulam maxime verificat primum privilegium, ubi Regina testificatur vos esse veros heredes; si autem obycetur, quare mandatum hoc non est sortitum effectum suum, ultima clausula mandati ostendit videlicet: „per hoc tamen inscripcionibus tuis pro eodem capitaneatu datis nolumus in aliquo derogare“ etc., quia forte predictus capitaneus, ad quem mandatum maiestas regia dirigit, habuit aliquos contractus et inscripciones super eodem capitaneatu per regiam maiestatem sibi datas, quibus maiestas regia per presens mandatum noluit derogare, ergo etiam non licuit capitaneo suis de per se (*sic*) literis derogare, hoc tamen iuri vestro minime nocet, quia etsi presens mandatum seu decretum propter inscripciones capitaneo datas sortiri non potuit effectum,
151. nunc bona illa libera sunt ab inscripcionibus, | que mandato presenti obfuerunt. Cur ergo maiestas regia non deberet renovare predecessoris sui iustum decretum et mandatum de bonis ipsis sic latum, nescio nisi pertinaciter iusticiam opprimere velit, quod nedum dicere, verum etiam et cogitare non licet.

Littera etiam dotalicii [2]) maxime videtur roborare privilegium Regine, quia dicitur in illa littera dotalicii: „districtu suo Samborz et villis ac spectanciis suis,“ ubi plane ostendit predecessorem vestrum ius hereditarium habere, hac dictione sua apropriatum, et ista litera, quia sub sigillo Regis est, maximo erit adiuvamento prime littere, videlicet reginalis maiestatis.

Privilegium Regine Heduigis [3]), super libertate podmyczyzna (*sic*) in districtu Samborz datum, etiam plane ostendit, hoc idem opidum cum villis ad predecessores vestros iure hereditario pertinere, similiter et littera domini Iohannis Schaffranyecz, custodis et canonici Craconiensis et vicarii in spiritualibus [4]), in qua alia littera domini Regis [5]) est inserta, eiusdem est sensus sicut et Regine littera super dicte podmyczyzna libertate data; maioris tamen esset vigoris, si originalis esset litera sub sigillo Regis, quam transsumptus sub sigillo domini vicarii. Omnes tamen iste litere coaptate, ut supra dixi, ad literam principalem multum ipsam verificabunt et probabilem reddent. |

152. Qualiter autem magnificencia vestra in processu cause cum regia maiestate Regi debeat breviter et articulatim [6]) quasi in regulas distinguendo, pauca describam, ex paucis enim et brevibus vivaci vestro ingenio multa poteritis elicere et gravibus electis paleas eicere, et primo:

---

1) Jest to dokument Władysława Warneńczyka z 17. maja 1436 r. oddrukowany powyżej nr. XVII.

2) Jest to dokument z 15. Lipca 1396 r. oddrukowany powyżej nr. VI. 3) Wydany 1. Stycznia 1394 roku a oddrukowany powyżej nr. IV. 4) Z dnia 7. Sierpnia 1407 r., oddrukowany powyżej nr. IX. 5) Z dnia 1. Stycznia 1394 r. oddrukowany powyżej nr. V. 6) Tu widocznie opuszczony wyraz: *respondere*.

Vigilantibus et non dormientibus iura subveniunt; swadeo vestre magnificencie, si occasione bonorum predictorum est vobis intencio cum Rege agendi, non faciat moram, mora etenim sua cuilibet est nociva et presertim, ne regia maiestas, vestra magnificencia moram trahente, faciat finem cause,, quam habet cum domina Odrowąssowa, occasione dictorum bonorum.

Si magnificencia vestra tam celeriter adyre maiestatem regiam non posset, saltim per literam culto confectam sermone, subiunctis racionabilibus causis, quare ipsam magnificencia vestra propria non possit adyre persona, maiestatem regiam aviset et describat, quanto poterit planius et appercius, iura sua, que se vestra magnificencia super dicta bona Samborz habere pretendit.

Per eandem etiam literam postulet magnificencia vestra, per regiam maiestatem vobis assignari diem et locum competentem, quo possitis parere cum iuribus et privilegiis vestris et plenius et perfectius agere pro iure et iusticia vestra. |

Videretur etiam michi in ista litera monendam maiestatem regiam, ne faciat finem 153.
cum domina Odrowąszowa pro Samborz, prius quam sua maiestas revideat privilegia et iura vestra.

Item in dicta etiam litera videretur michi dare intelligere intencionem vestram domino Regi, quod magnificencia vestra vult oblatis coram Rege literis dare raciones in scriptis maiestati regie, cur et quare magnificencia vestra vigore predictorum privilegiorum ad possessionem Samborz debeat admitti. Libenter enim videt regia maiestas, ubi in difficilibus accionibus dantur in scriptis reproducta partis utriusque. Et ego consulo vestre magnificencie, si accionem cum Rege incipiet, semper in scriptis dare Regie maiestati et intencionem suam et raciones omnium accionum suarum; facile enim loquendo coram Rege labitur homo et verecundia perfusus vix ad viam regreditur, sed in scriptis potest emendare, que deliberatus emendanda cognoverit et tociens, quociens placuerit verba et sentencias immutare, quod oretenus perorando nequaquam evenire potest et presertim cum regia maiestas libencius suscipit in sriptis actiones, quam dum oretenus perorantur eidem. |

Circa primam oblacionem literarum coram maiestate regia, non sunt dande alique 154.
raciones aut literarum roboraciones sed simpliciter oblatis litteris offeratis etiam in scriptis peticionem vestram et supplicate, vos admitti ad possessionem bonorum; si autem regia maiestas dixerit: deliberatus respondebo, magnificencia vestra iterum petat dari in scriptis raciones, cur non debeatis admitti ad possessionem bonorum et quare privilegia non essent in vigore suo remanenda, tunc visis racionibus, quas dabit maiestas regia contra privilegia vestra, magnificencia eciam vestra, inquisitis consiliis aliorum, respondebit scriptis maiestatis regie et tunc primo dabit raciones roborando privilegia vestra et quare debeatis admitti ad possessionem vigore privilegiorum per hunc modum. Novissime Cracouie exi-

stens regia maiestas diffiniebat causam inter pallatinum Sandomiriensem et castellanum Siradiensem pro X milibus florenorum et fuerunt ex utraque parte ita multiplicata scripta ultra quatuor sexternos, et eo maturius per dominos consiliarios et per regiam maiestatem in causa procedebatur, quia, quociens libuit, revisis scriptis parcium, potuerunt deliberare et sic non potuerunt a recto tramite iuris deviare. Eo etiam modo swadeo magnificencie vestre in causa procedere. |

155. Alia consilia pronunc in ista causa dare vestre magnificencie non possum, quia nemo scit, quid pro responso accipiet ab regia maiestate magnificencia vestra et quis erit ingressus cause seu incepcio. [Concentu] [1]).

Succurrit tamen menti mee illud vulgare proverbium: Quidquid agis, prudenter age, sed respice finem. Velim etiam, ut magnificencia vestra ante incepcionem operis precogitet, in quem deberet devenire finem opus ceptum, nam et actio difficilis et regia maiestas longa in expedicione est, et iterum aliud proverbium: Belli et iuris semper dubius est eventus. Committenda ergo esset tota operis cepti progressio Deo et fortune, nemo enim victor est, nisi prius casibus et dubiis eventibus fortune se submittat sicut eciam non nisi ex multis experienciis oritur sciencia. Si ergo in hac causa victor esse voluerit vestra magnificencia, se casibus subycere non recuset neque eventibus variis finem fortune progressura, quem dominus Deus vobis det prosperum et felicem. Hoc ideo subiunxi, ne vestra magnificencia consyliis meis animata inciperet opus consilio nondum maturato neque ex integro digesto. |

156. Suscipiat magnificencia tua pronunc scripta brevia, ad tua mandata confecta, quamquam et agresti stilo et inculto sunt condita sermone, multo tamen affectu et sinceritate cordis cum promptitudine placendi, velim certe ad quevis genera mandatorum tue magnificencie semper esse paratus; utinam votis tue magnificencie, ut par esset, aptus atque iparatus esse possim, tuam tandem magnificenciam optime valere cupio, cui iterum atque terum sincera mente recomendo me amicum. Vale. Datum in Wielgawics [2]) feria VI. ipso die sancte virginis Katherine anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.

Z rękopisu Zakł. Nar. Im. Ossolińskich nr. 1873 str. 143—156. Cały ten memoryał pisany ręką współczesną z licznemi skróceniami. Wszystkie w memoryale tym omówione dokumenta znajdują się także w tym samym rękopisie, który widocznie kiedyś był własnością rodziny Melsztyńskich, jak pokazuje cała treść jego. Umieszczone na marginesie liczby odnoszą się do stron rękopisu.

1) Jest to jedyne słowo inną ręką napisane i innym atramentem a wpisane w odstęp rozdziałów.

2 Wielka wieś pewnie ta, która leży w pobliżu Wielkiego Książa i należała do Melsztyńskich. Porównaj Liber Benefic. II. 83.

INDEX.

INDEX

personarum, pagorum, urbium, oppidorum, castrorum, villarum, silvarum, fluminum, rivorum, etc. in tabulis hisce occurrentium.

*) Nazw w tekscie łacińskim od tej litery się zaczynających a tutaj nie pomieszczonych, należy szukać pod literą *K*.

1) Jako krakowskiego starostę zapisano snać przez omyłkę Mikołaja Jordana w oryginalnym przywileju z r. 1519, oddrukowanym tutaj str. 75. W tym samym przywileju przypisano tę godność także Krzysztofowi Szydlowieckiemu, który ją rzeczywiście piastował.

D.

E.

Pag.

F.

G.

1) W dokumencie, w którym zachodzi Ichnat z Kutyszcza jako sędzia, Mikołaj Sieniawski i Jan z Bolszowa jako podsędkowie (ob. o tem notę na str. 220) halieccy, pobałamucono widoczuie datę.

K.*)

*) Wszystkich nazw zaczynających się od tej litery, których czytelnik tutaj nie znajdzie, należy szukać pod literą *C*.

L.

N.

O.

P.

U.

V. W.

Spis wyrazów niełacińskich

znajdujących się w dokumentach łacińskich w tomie tym oddrukowanych.

Spis pieczęci opisanych w tomie niniejszym.

SPIS RZECZY.

strona

strona

Sprostowania i uzupełnienia do tomu niniejszego.

Do dokumentu XVI.

W opisie dokumentu po wyrazach „z pieczęcią“ dodaj: „której dziś już nie ma.“

Do dokumentu nr. XVII.

W relacyi dokumentu tego zamiast *Nicolai de Michalow Canonici Cracouiensis* czytaj: *Nicolai de Michalow Castellani Cracouiensis.* W rękopisie stoi wprawdzie *Canonici*, ale jest to niewątpliwie pomyłką przepisywacza.

Do dokumentów nr. XXIII. i LXXVI.

Soll i Schol w dokumentach tych wspomniana jest to pewno Stara Sól w dzisiejszym staromiejskim powiecie, samborskim obwodzie położona.

Do dokumentu nr. XXVII.

W opisach pieczęci zamiast *Szeliga* czytaj *Jastrzębiec.*

Do dokumentu nr. LI.

Dokument ten wydrukowano z *Act. Offic. Consul.* w arch. m. Lwowa z błędną datą. Kiedy znaleziono oryginał z właściwą datą t. j. 15. Lutego 1464 r. już nr. LI. był wydrukowany. Wydrukowano zatem dokument ten powtórnie według oryginału we właściwem miejscu pod nrem LVII.

Do dokumentu nr. LXXIX.

W przedostatnim wierszu tego dokumentu zamiast (*vexilliferis*) czytaj (*succamerariis*).

Do dokumentu nr. CXXXV.

Data dokumentu tego nie odnosi się do jego wystawienia, lecz do treści zapiski wyjętej z aktów grodzkich a w nim podanej. Dowody na to są następujące: 1) W dokumencie wymieniono jako zmarłego Jakóba z Dębna. kaszt. i star. krak., 2) dokument ten wystawia Stanisław z Szydłowca kaszt. radomski i starosta krakowski. Dzień i rok śmierci Jakóba z Dębna zaś znamy dokładnie z zapisków sądowych ogłoszonych przez Helcla (Star. Prawa. Polsk. Pomn. tom II.) Czytamy tutaj na str. 878: *Feria sexta post octauas Epiphaniarum proxima* (a zatem 15. Stycznia) *hora vesperorum diem extremum clausit A. D. MCCCCLXXXX.* Na następnej stronie zaś czy-

tamy: *Eodem die* (t. j. 6. Lutego 1490 r.) *Magnificus dominus Stanislaus de Shydlowycez Castellanus Racomiensis ex parte Regie Maiestatis Capitaneatum Cracouiensem in tutelam et regimen suscepit.* Jakób z Dębna więc umarł 15. Stycznia 1490 r., Stanisław Szydłowiecki został starostą krakowskim 6. Lutego 1490 r., nie mógł więc dokumentu tego wystawić Stanisław Szydłowiecki 26. Kwietnia 1480 r., lecz mógł sprawę w tym czasie załatwić w grodzie krakowskim Jakób z Dębna, który wtedy był kasztelanem i starostą krakowskim.

Sprostowania do tomu piątego.

Str. 2 wiersz 8 od góry zamiast *Manogio* czytaj *Navogio*. Str. 4. wiersz 13. od góry zamiast *Czanssa* czytaj *Zanissa*. Str. 21. wymieniony tu Rożnów leży w powiecie nowosądeckim. Str. 34. wiersz ostatni textu po *Sandomiriensi* dodaj *Palatinis* a po *Wisliciensi* skreśl *Palatinis*. Str. 57. dokument datowany *in Swirsze*. Powiedziałem, że jest to Świr miasteczko na Litwie i zbłądziłem. Jest to bowiem Świrz miasteczko w powiecie bobreckim w Galicyi, Władysław Jagiełło jesień roku 1427 przepędził na Rusi. [1]) Str. 157. wiersz 7. od dołu zamiast *illus* czytaj *illius*.

Do dokumentu Nr. XXII. tomu czwartego.

Dokumentem tym darowuje Władysław Jagiełło Stanisławowi Korytce wsie Poczajowice i Gaje niższe i wyższe na własność z prawem dziedzicznem. Dokument ten jest także oddrukowany z oblaty w aktach grodzkich i ziemskich przemyskich z 22. Paźdź. 1616 a i tam tylko jako transsumt Zygmunta III. (1605) transsumtu Kaź. Jagiellończyka z r. *1462*. Że w potwierdzeniach takich myłki się znajdują, nie ulega wątpliwości.

Data dokumentu tego brzmi: „*Actum in Nova civitate Korczyn f. III. infra octavas Assumptionis S. Mariae anno domini millesimo quadringentesimo nono*“ — „*datum per manus reverendi in Christo patris domini Alberti dei gracia episcopi Cracouiensis et Regni Polonie Cancellarii et venerabilis domini Donin decani et praepositi Cracoviensis eiusdem Regni vicecancellarii, sincere dilectorum.*“

Z powodu iż tu już Wojciech Jastrzębiec jako kanclerz a Dunin (z Skrzyna) już jako podkanclerzy figurują, dokument ten nie mógł nosić pierwotnie téj daty, Wojciech Jastrzębiec bowiem dopiero w r. 1412 postąpił na biskupstwo krakowskie (Bielowski Mon. Pol. II. kalendarz krakowski ręka Długosza str. 922, i Długosz XI. 332) a w tej godności jak nie mniej kanclerza występuje

1) Ostatnie to sprostowanie zawdzięczam prywatnie udzielonej mi uwadze JW. K. hr. Stadnickiego, poprzednie sprostowania recenzyom ogłoszonym w Przeglądzie Polskim, Przegl. Krytycznym i Bibl. Warszawskiej.

on dopiero 1412 r. (f. IV. post Letare Racz. CDLit. 153—5) i zachowuje ją aż do r. 1423 (Caro Lib. Canc. St. Ciołek II. 31. i następne) a Dunin nie mógł być jeszcze podkanclerzym, skoro był nim Mikołaj Trąba, nawet już w godności arcybiskupa halickiego (1411. 6. Grudnia Racz. CDLit. 150—51). Tenże Trąba złożył zaś pieczęć mniejszą dopiero po wstąpieniu na arcybiskupstwo gnieźnieńskie, co mogło nastąpić dopiero po śmierci poprzednika Mikołaja Kurowskiego zmarłego w Niedzielę przed Narodzeniem NMP. 1412 (Dł. XI. 314, 5 i Biel. Mon. Pol. II. kal. krak. ręka Długosza 933). Sam Dunin występuje jeszcze 1411 (sabb. in vig. Pentec. Racz. CDLit. 143—4) jako protonotarius królewski, a jako podkanclerzy po raz pierwszy 20. Lutego 1413 r. (AGZ. III. 167—8) i posiada pieczęć do roku 1418, w którym umiera (Mon. Pol. II. kal. krak. ręka Długosza II. 926). Ostatni raz podpisuje się 1417. 12. Marca (Rz. M. III. 375) Dunin; a 1418. 4. Sierp. (Rz. M. II. 390—91) już Jan Szafraniec.

Ponieważ treść dokumentu nie wzbudza podejrzeń a forma nadania jest najzwyklejszą w kancelaryi z owego czasu, przeto nie mamy powodu posądzać dokumentu tego o podrobienie, sądzimy raczej, iż przy któremkolwiek z potwierdzeń a może nawet w samej oblacie rok przekręcono.

Świadkowie zgadzają się na lata od 1413—18.

Mikołaj z Michałowa, który 12. Marca 1409 (AGZ. V. 75) i 9. Maja tegoż roku (Helcel Pom. II. Nr. 1222) jest jeszcze kasztelanem wojnickim (a wojewodą sandomierskim jest jeszcze Krystyn z Ostrowa) jest już 29. Października 1410 (Helcel II. 1258) wojewodą sandomierskim i piastuje tę godność aż do 1430, w którym zostaje kasztelanem krakowskim (1430. 13. lutego jest jeszcze woj. sandom. Helcel. II. Nr. 2323 a 1430. 7. Grudnia już kaszt. krak. Helcel II. Nr. 2333).

Jan Ligęza z Niemirowa jest wojewodą łęczyckim 1412. 23. Listopada (Helcel II. 1306) i dopiero 1418. 4. Sierpnia (Rz. M. II. 391) spotykamy w tej godności kogo innego, mianowicie Mikołaja z Oporowa.

Michał z Bogumiłowic kasztelan sandomierski występuje (w AGZ. IV. 91 oryginał) 26. Listop. 1415 jako taki i 1. Sierpnia 1416 (Rz. M. II. 382—4 e confirm. Zyg. I. 1523) i u Długosza w dokumencie unii horodelskiej (XI. 341), — u Helcla zaś występuje w tych czasach (1411. 26. Listop. Helcel II. Nr. 1272 do 1417. 26. Listop. Helcel II. 1541/2 i później) w tej godności „Michael" bez dodanego nazwiska: ponieważ później w zapiskach występuje Michał z Czyżowa w tej godności, przeto albo przypuścić można, iż są to po sobie następujący (czas oznaczyć trudno) dwaj mężowie albo iż Michał z Czyżowa jak się inaczej pisał z Chmielowa (Helcel) tak i z trzeciej swej posiadłości mógł się pisać „de Bogumiłowice".

Jan z Tuliszkowa jest kasztelanem kaliskim 1401 r. 17. kwietnia (Rz. M. II. 366. oryginał) a jeszcze także 1422. 5. kwietnia (Helcel II. 1782).

Bartosz z Charbinowic podkomorzy sandomierski pisze się tak („z Charbinowic") w dokumencie oryginalnym, gdzie jako czynna osoba występuje, z dnia 11. Maja 1412 (Rz. M. II. 379), w dwóch innych oryginałach z 1413. 20 i 21 Lutego (AGZ. III. 168 i 169) jako Bartossius de Ogrodzieniec. Występuje on także w zapiskach sądowych 1416. 30. Września (Helcel II. 1482) jako Bartossius subcam. sandomiriensis.

Zbigniew z Brzezia był marszałkiem koronnym od 1409. 19. Marca (Helcel II. 1217) do 1421. 5. kwietnia (Helcel II. 1782).

Świadkowie tedy nie dają nam żadnych punktów, na których oparci na pewien rok (1413—18) ten dokument posunąćbyśmy mogli; musimy się tedy uciec do itinerarium.

I tak król Wład. Jagiełło znajduje się:

1413. 14. Sierpnia w Wiślicy. Przeździ. Życie dom. 114.
25. Sierpnia do Radłowa Przeździ. Życie dom. 114.

1414. 6. Sierpnia Nydborg. Voigt. G. P. VII. 245 nota 7. Danił. Skrb. II. 26.
7. Paźdz. Strosberg. Racz. CDLit. 189. Gołęb. I. 533, nota 390.

1415. Około tego czasu Sandomierz, dobrze w tem miejscu poinformowany Długosz XI. 368.
1. Września Korczyn. Łabęcki Górnictwo II. 134.

1416. 14. 15. Sierpnia Wiślica. Dł. XI. 372, Przeździ. 115.
19. Sierp. Wiślica. RzM. II 384.

1417. 15. Sierp. Niepołomice. Dl. XI. 381.
19. Sierp. Korczyn. Dł. tamże. Wisz. HLP. IV. 256. nota 317. Cod. dipl. s. univ. Crac. I. 118.

Widzimy tedy, iż w latach 1413, 15, 16, 17 mógł być wystawionym nasz dokument, mybyśmy wybrali r. 1417 jako najwięcej z Itinerarium zgodny.

Roman Maurer.